ministerium dudum sibi commissum. hic ab ecclia
poenitus abscidatur; Accusationem autem aduer-
sus sacri ordinis uiros facile non recipiendum.
sed prius causam diligenter examinandam. et postea
iudicium inferendum ap^ls docet scribens ad timotheu;

Accusationem Inquid aduersus presbiterum
non recipias. nisi sub duobus aut tribus testibus.
Peccantes autem coram omnibus argue. ut ceteri
metum habeant; Quales autem ipsi testes esse
debeant. In africano concilio ep̄ xcyi manifesta-
tur ubi ita scriptum est; Placuit ut omnes
serui uel proprii liberti ad accusationem non
amittantur. uel om̄s quos ad accusanda pub-
lica crimina leges publicae non admittunt;
Om̄s etiam Infamia maculis a p̄sidi id est istriones
hactenus p̄tudinibus subiecte p̄sonae; Heretici
etiam siue pagani seu iudei sed tamē omnibus
quibus accusatio denegatur. In causis propriis
accusandi licentia deneganda est; Item in eo-
dem concilio cap̄ xcyiii; Testes autem ad testi-
monium non admittendos. qui nec ad accusatio-
nem admitti precepti sunt. uel etiam quos ipse
accusator de sua domo produxerit; Ad testimo-
nium autem Intra annos xiiii. etatis suae non
admittatur; Item in eodem concilio ep̄ xcxi.
placuit ut quotiescumque clerici ab accusatoribus
multa crimina obiciuntur. et unum seipsum
de quo prius egerit probare non ualuerit ad
cetera non admittatur.

De his autem quorum occulta peccata sunt

48
nec manifeste ab aliquo argui possunt. si salu-
briter compuncti pro peccatis suis confessionem
ep̄o siue p̄bro occulte faciunt. bonum mihi uide-
t̄ ut sc̄dm̄ id quod sibi decretum fuerit ab ep̄o siue
p̄bro penitentiam agant. non trepidene tarde
sed feruenter et solliate. ac sic se ueniam peccato-
rum ad n̄o p̄cepturos et gradum se recuperaturos
confidant; Quod etiam beatus gregorius papa
in ep̄ta quam ad secundinum seruum d̄i inclusum
scripsit. ita probat dicens. Nam tu a sc̄tas inde
anobis requisuit ut tibi rescriberem de sacer-
dotali officio post lapsum resurgendi. dum
dicit de hoc canones diuersas te legisse. diuer-
sasque sententias alias resurgendi alias ne-
quaquam posse; Nam nos generaliter a nice-
na incipientes. hanc cum reliquis quattuor
ueneramus. que ipsam sequentes cetera in-
cunctas sententias unanimes concordant;
Nos ergo precedentes nos patres sequimur.
quia auctore d̄o a sacra doctrina illorum
non discordamus. a capite itaque incipientes.
usque in quartum altaris ministrum hanc
formam seruandam cognoscimus. ut quem
minorem maior precedit. sicut honore
est maior. ita sit in crimine; Et quem maior

sequitur culpa. maiore implicetur uindicta. et sic post
penitentia credatur esse fructuosa; Quidem prodest
tritacum seminare. et fructum illius non colligere.
aut domum construere. et non illic habitare. Post
dignam enim satisfactionem credimus posse redire
ad honorem propheta dicente; Numquid quicadit
non adiciet ut resurgat. et quia uersus est in reuer-
tendum peccatori ait; In quacumque die conuersus
In gemueris. tunc saluus eris; Unde et psalmista ait
Cor mundum crea in me deus. et spiritum rectum in noua
In uisceribus meis; Ne proicias me a facie tua et spiritum
sanctum tuum ne auferas a me; Dum enim peccator ne ad
proiceretur pro lapsi culpa alienam qui periret
propheta rapuisse se uxorem tremefactus et pauore
propheta indicante flagitium suum penitentiam agens
addidit; Redde mihi letitiam salutaris tui. et spiritu
principali confirma me; Si enim ipse dignam deo
penitentiam non fecisset. nequaquam alius predicaret
Atenti; Doceam iniquos uias tuas. et impii ad te
conuertentur; Dum enim peccata sua prospexit
propheta mundata per penitentiam. non dubi-
tauit predicando castigare aliena. et sic sacri-
ficium de semet ipso deo offerre fudit cum di-
cebat; Sacrificium deo spiritus contribulatus; Non
ista sufficerent. sed omnis sententia quo plus

sacre scripturę testimonius confirmatur. facilius cre-
 ditur; De hoc enim propheta dicit; Non mortem.
 peccatoris. sed ut conuertatur et uiuat. De hoc pec-
 canabus dicitur; Peccator in quacumque die con-
 uertus in gemitu. omnes iniquitates eius in obliuio-
 nem traduntur; Si enim redemptor noster qui peccato-
 res non perdere sed iustificare uenit in obliuione pec-
 cataum delicta dereliquit. quis hominum condemp-
 nanda reseruet cū aptis dicat. Si dicit iustificat.
 quis est qui condempnet et? Non tē misericordie
 recurrentes. euangelicam proferamus sententiam;
 Gaude ob inquit sup uno peccatore penitentiam
 agente. quam sup nonaginta nouē iustis qui non
 indigent penitentiam; et ouem perditā. (xviii).
 non errantibus relictā. humero ad ouile repor-
 tatur; Si uis errans post inuentiōnem ad ouile.
 humero reportatur. cur ista post poenā ad ecclie.
 ministerium non reuocetur. quid est ergo gra-
 uius carnale delictum admittere. sine quo non
 multa sed pauci inueniuntur. aut dī filium amōdo
 negare. In quo peccato ipsum beatum principem
 apostolorum petrum ad cuius nunc corpus indig-
 nis sedemus. lapsum esse cognoscimus. sed post ne-
 gationem penitentia secuta est. et post penitentia
 misericordia data. quia illum ab apostolatu

non deiecit. qui ante seipsum negare predixit. Tibi
hæc fili karissime dicta sufficiant. ut illum quem
conspicis delicta fletu delere in conspectu diuini-
tatis. non dubites misericordiam consequi. quia
nullum peccatum reuersione despicit. qui pecca-
torum sanguine suo redimere uent; Hinc enim
beatus augustinus. ad petrum diaconum deside-
scribens ait; Omni homini in hac uita esse potest
ut illis poenitentia quâ quocumque tempore
homo egerit quamlibet iniquus. quamlibet
annosus. si toto corde renuntiauerit peccatis
preteritis. et pro eis in conspectu dñi solum corpo-
ris sed etiam cordis lacrimas fuderit. et malorum
operum maculas bonis operibus diluere cura-
uerit. omnium peccatorum indulgentiã mox
habebit. Hoc enim nobis dñs propheticis pro-
mittit eloquio dicens; Si conuersus in gemeris
saluus eris; Et alio loco dicitur; Fili peccasti
ne adicias iterum. sed et de preteritis deprecare
ut tibi dimittantur. Numquam peccata esse
indicta pro peccatis deprecatio. si peccata non
esset remissio concedenda; Sed etiam poeniten-
tia peccatorum tunc prodest. si eam in ecclia catho-
lica gerat. Cuius in persona beatus petrus ligandi
soluendi que tribuit potestatem dicens;

Quae alligaueris sup̄ terram . est ligata et̄ in celis; Et
 quae solueris sup̄ terram . erunt soluta et̄ in celis; In
 quacumque igitur homo aetate ueram peccatoꝝ
 suoz poenitentiam egerit . et uitam suam dō illu
 minante correxerit . non priuabitur indulgen
 tiae munere . quia sic d̄s p̄phetam dicit; Nolo
 mortem morientis . tantum ut reuertatur aui
 a sua mala et uiuat anima eius; Verū tamen
 nullus hominū debet sub spe misericordiae di
 uinae diutius remanere peccatis . cum etiam
 in ipso corpore . nemo uelit sub spe future salu
 tatis diutius egrotare; Tales enim qui ab in
 quitatibus suis recedere nequeunt . et sibi de dō
 indulgentiam repro mittunt . nonnumquā ita
 preueniuntur repentino di furore . ut nec conuer
 sionis tempus nec beneficium remissionis inue
 niant; Ideo unumquemque uerū sc̄a scriptura
 benigne premonet dicens; Ne tardaueris con
 uerti ad d̄m . et ne differas . de die Indis; Subi
 to enim ueniet irae eius . et in tempore uindic
 tae disperdetur; Dicit etiam beatus d̄s; Hodie si
 uocem eius audieritis . nolite obdurare cordia uia
 Cui quoque beatus paulus concordat his uerbis;
 Uidete fr̄s . ne forte sit in aliquo uerū cor malum
 incredulitas discedendi ad dō uiuō . sed ad hor

taminiuos meipfos p singulos dies donec hodie
cognominatur ut non obduretur quis & uobis falla
tia peccati; Obdurato igitur corde uiuit. siue qui
non conuertitur desperans de indulgentia pecca
torum. siue qui sicut misericordiam di sperat
ut usque in finem uite presentas in suorum cri
minum pueritate remaneat; Proinde diligen
tes misericordiam di metuentes que iustitiam. ne
de remissione peccatorum desperemus. ne rema
neamus in peccatis. scientes quia illa omnium
hominum debitasit & hactura equitas iustissi
mi iudicis. que non dimiserit misericordiae cle
mentissimi redemptoris; Sicut enim misericordia
suscepit absolutq; conuersos. ita iustitia repellere
punit obduratos; Hisunt qui peccantes in spi
ritu scilicet neque in hoc seculo neque in futuro remissi
onem accipient peccatorum; Nam de hoc fido
rus hispalensis eps ad inquisitionem mansio
nis epi. ita rescripsit dicens; Verum quod si que
ter ineptis uenerabilis fraternitas tua innotuit
nulla est in huiusmodi sententis decretorum
diuersitas Intellegenda quod alibi legitur in
lapsu corporali restaurandum honoris gradum
post poenitentiam alibi post huiusmodi delictum
nequa quam reparandum anti qui ordinis mer

57
tum; Hec enim diuersitas. hoc modo diston-
guitur. illos enim ad pristinos officii gradus.
redire canon precepit. quos penitentiae pre-
cessit satisfactio. uel digna peccatorum confes-
sio; Contra hi qui neque auctio corrupti-
onis emendant. atque hoc ipsud carnale
delictum quod amittunt etiam uindicare.
quadam supstitiosa temeritate nituntur.
nec gradum utaque honoris. nec gratiam
communione accipiunt; Ergo tae est utraq;
dirimentia sententia. ut necessesse sit illos res-
taurari in loco honoris. qui penitentiam
reconciliationem meruerunt diuinae pietatis;
Hi nec in merito consecuntur ad eptae digni-
tatis statum. qui per emendationem penitentiae
recepisse noscuntur uiter medium; Idem
ne forte magis ambiguum sit. diuinae auctori-
tatis sententia confirmetur. Etzechiel enim
propheta sub t^opo preuaricatricis hierusale.
ostendit post penitentiae satisfactione pristi-
num restaurare posse honorem; Confun-
dere inquit oiuda. et porta ignominiam tuam;
et post paulum; Etcu inquit et filiae uere
uertimini ab iniquitate uestra; Quando dixit
confundere. ostendit post confessionis

id ipse peccata opus debere. quem quam erubescere et pro amissis sceleribus candlam frontem humi prostratam demergere. pro eo quod dignum confu sionis perpetraverat opus; Deinde precepit ut portet ignominiam depositionis sue. lugens cum humilitate quod peccauerat; Sic quoque reuocari. scilicet prophetam ad priorum statum poterit; Item hi o hannes euangelista angelo ephesi ecclie inter cetera simile quidam scripsit. Memore esto Inquit unde cecideris et age penitentiam. et prima opera fac' alioquin ueniam tibi et mouebo candelabrum tuum de loco eius; In angelo ecclie. prepositum utique id est sacerdotem ostendit. iuxta mala chiam quid dicit; Labia sacerdotis custodiunt sapientiam. et legem & quirunt de ore; quia angelus dñi est; Prepositus ergo lapsus humitium. per euangelistam monetur ut memor sit unde ceciderit et penitentiam agat. et prima faciat opera. ut non moueatur candelabrum eius; Nam candelabrum angeli. doctrina est sacerdotalis. uel honor potestatis quam gestat intellegitur. iuxta quod scriptum est apud samuelem In damnationem eli; Oculi eius caligauerunt nec poterat uidere

lucerna di antequam extinguatur. Lucer
 na quip pedi fuerat. quando dignitate sacerdo
 tali pollens iustitiae claritate fulgebat.
 Quam extinctam propheta asserit. duobscle
 ratorum sacerdotis potestate meritorum
 quaelumen amisit. Candelabrum ergo siuelu
 cerna sacerdotis. quae intelleguntur charismati
 honoris tunc iuxta iohannem extinguatur uel
 mouetur. quando post delicti casum neglecta
 paenitentia admissa scelera non deflentur.
 Non enim dixit. pro eo quod cecidisti commo
 uebo candelabrum tuum. sed nisi penitentiam
 egeris mouebo candelabrum tuum. Ergo que
 quam ppositum peccante. si puenierit paeni
 tentia. delicti utiq. sequitur et uenia. Et
 in pro uerbis scriptum est. Qui abscondit
 scelera sua non dirigetur. qui confessus fuerit
 & reliquerit ea misericordiam consequetur.
 Nam & ipsud quod canonu censura post septē
 annos remeare paenitentiam instatu pristinu
 precepit. non hoc electione proprii arbitri
 sui patres. sed potius exsententia diuini iudi
 ci sanxerunt. Nam legitur quod maria
 soror aaron propheta sa dum obdetrattonis
 aduersus mosen incurrisse & delictu ilico stitit

mate lepræ perfusa est. Cumq. p[er]e[re]t & moyses
ut emundaretur. p[re]cepit eam d[omi]n[us] extracastra
septē diebus egredi. & post emundationē rur
sus eam in castra admitti. Maria ergo soror
aaron. caro intellegitur sacerdotis. quædā
supbia dedita sordidissimis cogitationum
contagis maculatur. extracastra septem di
ebus. hoc est extracollegiū scæe ecclesie
septē annis proiciatur. Ubi post emunda
tionē uitiorū. locū uel pristinæ dignitatis
recipi & meritum. Ecce in quantum ualuit
conculi antiquā plane & plena auctoritate
sententiā sacris testimoniis explanauit.
ostendens eum posse restaurare pro priō hono
re qui per paenitentiae satisfactiōē nouit
pro priā delicta deflere. Cum uero non
posse restaurari. quineclug & quegite.
& lugenda sine ullo pudore religionis uel
tamore iudicij diuini committit. In fine
autē epistole hoc adiciendū putauit. ut quocies
eū q. ingestis conaliorū discors sententia in
uenitur. illius magis se teneatur sententia
cuius antiquior & potior extitit auctoritas.
In conalio igitur hilerdense cap. v.
de his qui altario seruiunt si subito carnis

fragilitate corruerint. & dñorespiciente digne
 penituerint. ita ut mortificato corpore cordis con-
 triti sacrificium dō offerant. maneat in potestate
 pontificis uel ueracit̄ adfluctos nondiu suspendere.
 uel dissidiosos prolixiori tempore ab ecclesiae corpore
 segregare. Ita tamen ut si officiorum loca recipiant.
 ne possint ad aliora officia ulterius promoueri.
 Quod si iterato uel uelud canes ad uomitum reuersi fue-
 rint. non solum dignitate officii careant. sed etiā
 scām communionē nisi in exitu percipiant.

Item in concilio cartaginensi. cap. xxvii. scrip-
 tum est. quod pr̄bri et diaconi in grauiori culpa
 conuicti manus in positionē tamquā laici nequa-
 quam suscipiant. Confirmatum est ut si quan-
 do pr̄bri uel diaconi in aliqua grauiori culpa
 conuicti fuerint. quae eos ministerio necesse sit
 remoueri. non eis manus tamquā paenitenti-
 bus laicis inponatur. Neque p̄mittendū
 ut rebaptizati ad clericatus gradum promo-
 ueantur.

II

De incestis coniunctionibus in concilio agat-
 tense. cap. lxi ita scriptum est. Inces-
 tis coniugis nihil prorsus ueniae reseruamus.
 nisi cum ad alterum separatione sanauerint.
 Incestos uero nullo coniugii nomine deputandos

quos & iam designare funestum est. Hos enim
esse censemus. si quis relicta fratris quae pae-
ne prius soror exiterat carnali coniunc-
tione uio lauerit. Si quis fratris germanam
uxorem acciperit. Si quis nouercam duxerit.
Si quis consobrinesuae sociauerit. quod ita p-
senti tempore prohibemus. ut ita ea quae sunt
ante nos constituta non dissoluamus. Si quis
relicte uel filiae aut auunculi miscatur. aut
patris filiae uel priuigine suae concubito pollu-
atur. sane quibus coniunctio illicita interdicitur.
habebunt in eundi melioris coniugii liber tatem.

Item de eisdem in concilio aurdianense. cap. xiiij
scriptum est. nesciat super thronum defuncti fratris
ascendat. nec quisquam amissa uxore sororaude-
at sociari. Quod si fecerit ab ecclesiasticis dis-
trictione feriatur.

Item de eisdem in concilio hilerdense. cap. iij
ita dictum est. Qui se incestu pollutione con-
maculant. placuit quousque in ipso deestando
& illicito carnis contubernio perseuerant. usque
admissam tantum catecuminorum in ecclesia p-
mittantur. Cum quibus & iam nec cibum su-
mere ulli christianorum sicut apostolus iussit
oportet.

54
Item de his in athenis concilio cap. xx. iij.
Ita scriptum est. Quidam sponsam habet sororem eius uiolauerit & grauidam reddidit. post modum desponsata sibi duxit uxorem. illa uero que corrupta est laqueo se peremit. hi qui fuerant conserui. post decennem satisfactionem iussis sunt suscipi gradus penitentiae constitutos.

Item in neocesariense concilio. cap. ii. ita dicitur.
De his qui duobus fratribus nupsierint. uel quiduas sorores uxores acceperint. Mulier si duobus fratribus nupsierit. abiciatur usque ad mortem. Verum tamen in exitu propter misericordiam si promiserit quod facta in colomis huius coniunctionis uincla dissoluat. fructum paenitentiae consequatur. Quod si defecerit mulier aut uir in talibus nuptiis. difficilis erit paenitentia in uita permanenti.

Item de his qui duabus sororibus copulantur.
In heliberritano concilio cap. lxi. ita scriptum est. Siquis post obitum uxoris suae sororem eius duxerit. et ipsa fuerit fidelis. quinquennium a communione placuit abstinere. nisi forte uel locus dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

Item de muliere que duos fratres sumit in coniugio. uel uir quiduas sorores habuerit. in

concilio martini epi. cap lxx viii. ita scrip-
tum est. Si quae mulier duos fratres. aut si quis
uir duas sorores duxerit. a communione abs-
tineantur usq. ad mortem. in morte eis commu-
nio promisericordiae detur. Si uero superuixe-
rint communione accepta. & de infirmitate
conualuerint agant plenam penitentiam tempo-
re constituto.

Item in canone ap. toru cap xviii scriptum est.
quid duas in coniugio sorores acceperit uel filiam
fratris. clericus esse non poterit. III

Adulterium aut non solum lex damnat. sed & a
euangelica auctoritas omnino uocat. Un-
de & scilicet patres celesti magisterio imbuti. de
hoc quid seruandum sit sancuerunt. Nam in an-
cyrano concilio cap xvii ita scriptum est.
Si cuius uxor adulterata fuerit. uel si ipse adul-
terium commisserit. septem annorum peniten-
tiam agentem. oportet eum persequi secundum
pristinum gradum.

Item in africano concilio. cap. lxviii. de his
qui uxores aut quae uiros dimittunt. ut si ma-
neant scriptum est. Placuit ut secundum euan-
gelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus
ab uxore neque dimissa a marito alteri coniu-

gatur. aut ita maneat. aut sibi metereconcilient.
Quod si contempserint ad paenitentia redigantur.
in qua causa legem imperialem pœendam
promulgari.

Item in decretis innocenti pape. cap. xxiii
scriptum est. Quod uiri cum adulteris non
conueniant. Et illud desideratum est sciri. cur
communicantes uiri cum adulteris uxoribus non
conueniant. cum contra uxores in consorcio
adulterorum uirorum manere uideantur. sup
hoc xpiana religio adulterum in utroq. sexu
pari ratione condempnat. Sed uires suos mulieres
non facile de adulterio accusant. et non habent
latentia peccata uindictam. Uiri aut liberius
uxores adulteras apud sacerdotes deferre consue
runt. et ideo mulieribus pro dco earum crimine
communio denegatur. Uirorum aut latente co
missio. non facile quisquam ex suspicionibus abstinet.
Quicquid sub mouebitur. si eius flagitium delegatur.
Cum ergo p causasse. interdum probatione. cessan
tur uindictae. ratio conquiescit.

Item in eiusdem decretis. cap. xxvii. scriptum est
quod hi intercedente repudio diuortium puler.
si se alius nuptus adiunxerint. adulteries se mon
trentur. De his etiam requirit dilectio tua qui

interueniente repudio a liſe. maſtri monio co
pulauerunt. quos in utraque parte adulteros
eſſe maſteſtum eſt. Qui uero uel uxore ui
uente quamuis diſſociatū uideatur eē. con
iugium ad aliam copulam feſtinarunt. neq̄
poſſunt adulteri non uideri. intantū & iam
ut haec pſonę quibus tales coniuncti ſunt. & iā
ipſe adulterium commiſiſſe uideatur. Se
cundum illud quod legimus in euangelio.
Quid miſſerit uxorem ſuā. & alia duxerit
mechatur. Similiter et quid miſſā duxerit
mechatur. Et ideo om̄s a comunione abſtinen
dos. De parentibus aut̄ aut propinquis eorum
nihil tale ſtatui poteſt. niſi in centores inlicita
conſoreu fuiſſe detegantur.

In concilio quo que heliberritano cap̄ viiiij.
de feminis que adulteros maritos reliquerunt
& aliis nubunt ſcriptum eſt. femina fidelis
que adulterum maritū reliquerit fidelem &
alterum ducet. prohibeatur ne ducat. ſi dux
erat. non prius accipiat comunionē. niſi que
reliquid de ſeculo exierit. niſi forte neceſſi
tas in firmitatis dare compulerit. IIII

Item in concilio heliberritano. cap̄ xxx.
de mechis ſcriptum eſt. Subdiacones eos

ordinari non debere. qui in adolescentia sua fuerint mechati. eo quod modum p̄subreptionem ad aliorum gradum promouebantur si qui sunt in tempore p̄terito ordinati amouentur.

Item in eodem concilio. cap̄ xxxi. De adolescentibus qui post lauacrum mechatur scriptum est. Adolescentes qui post fidem lauacri salutaris fuerint mechati. cum duxerint uxores ad ta legitima paenitentia placuit ad communionem eos admitti.

Item in eodem concilio. cap̄ xlvi. de eo qui uxorem habens sepius mechatur scriptum est. Siquis fidelis habens uxorem. non semel sed sepe fuerit mechatus in finem mortis est conueniendus. Quod si se promiserit cessaturum. detur ei communiō. Si resus citatus rursus fuerit mechatus. placuit ulterius non ludere eum de communionem pacis.

Item in eodem concilio cap̄ xlii. de uirginibus dō sacratis si adulterauerint. Virgines que se dō dicauerunt. si pactum p̄diderint uirginitatis atq. eidem libidini seruauerint. non intelligentes quid admisserint. placuit ut nec in finem eis dandam eēt. communionem. Quod si semel per sua suo ab infirmi corporis lapsu post commissam

per uita tempore uicesuae huiusmodi femine
egerint penitentiam ut abstineant se a conu.
placiteas in fine communionē accipere debere

Item in eodem concilio. cap. xiiij. de uirginibus
secularibus si mechauerint scriptum. Virgi-
nes que uirginitatē suam non custodierint. si eos-
dem que easdem uiolauerint duxerint. et te-
nuerint maritos. eo qd̄ sola nuptias uiolauerint.
post annum sine penitentia reconciliare debe-
bunt. Uel si alios cognouerint uiros eo quod
mechate sunt. placuit post quinquenni tēporē
ad ta legitima penitentia admitti eas ad commu-
nionē oportere.

Item in athenano concilio. cap. xvij. de his
qui uirginitatē professi sunt. et de his qui
sub sororis habitu cū aliquibus commorantur
scriptum est. Quot quod uirginitatē promit-
tentes irritam faciant sponsionem. inter biga-
mos censeantur. Virgines autē que conueniunt
cum aliquibus tamquam sorores habitare
prohibemus.

Item in decretis gelasii pape cap. xx. de his
qui se sacris uirginibus sociant. et foedera incesta
committunt quod communicare non possunt.
nisi forte publicā paenitentia gesserint dicitur.

Virginitas sacris temere sequosdam sociare cogno
 uimus et postdicatū dō propositum in cetera foede
 ra sacrilegaque miscere. quas protinus equumē
 a sacra communione dē rudi. et nisi p̄ publicā
 probatāq. penitentiā omnino non recipi. aut
 his cetera uaticū de seculo transeuntib; sitamen pe
 nituerint non negetur.

Item in decretis innocenti pape cap. xx. de uir
 ginibus non uelatis si de uelauerint scriptū ē.
 haec uero quinec dum sacro uelamine cetera.
 tamen in proposito uirginali semper se simula
 uerant p̄ manere licet uelate non fuerant. si for
 te nupserint. his agenda aliquanto tempore
 penitentia est quia sponsio earum ad nōc tenebat.
 Si enim inter homines solā bone fidei contractus
 nulla ratione dissolui. solui sine uindicta pote
 rit. Nam si apostolus paulus illas quē propo
 sito uirginitatis discesserunt dixerat habere damp
 nationem. quia primam fidem irritā fecerunt.
 quanto potius uirgines quae prioris promif
 sionis fidem frangere sunt conate. **VI**

In concilio ancirano. cap. xv. de his qui forni
 cantur in rationabiliter. id est qui miscentur
 peccoribus aut cum masculis polluantur scrip
 tum est. de illis qui in rationabiliter uersati sunt

si ue uer santur. quotquot ante uicesimū
annum tale crimen commisserint quindeci
annis exactis in penitencia communione
mercantur orationum. Deinde quinquen
nio in hac communione durantes. tunc demū
oblationis sacramenta contingant. Discu
tiatur autē & uitae eorum quales tempore
penitudinis extiterint. et ita misericor
diā consequantur. Quod si inexplabiliter
his hesere criminibus. ad agenda penitentiā
plixius tempus insumant. Quotquot autē
pasta uiginti annorum aetate. & uxores haben
tes hoc peccato lapsi sunt. uiginti quinque annis
penitudinē gerentes. in communione suscipiant
orationum. In qua quinquennio pdurantes.
tunc demum oblationis. sacramenta p̄cipiant.
Quod si qui uxores habentes. et transcendentes
quinquagesimum annum aetatis ita deliquerint.
ad exitum uite communionis gratiā consequantur.
Item in eodem de his qui in pecudes uel in masculos
aut olim polluti sunt. aut haec tenus hoc uitio
tabescunt. cap̄ xvi. scriptum est. eos qui in
rationabiliter uixerunt. & lepra iniusti cri
minis alios polluerunt. p̄cepit sc̄a s̄noda
inter eos orare qui spū perecl̄tantur in mundo

In decretis quoque inno centu pape. cap xxxvii
 scriptum est. Quod sicuius uxor incaptiui
 tate fuerit abducta. & altera maritus accepe
 rit. reuertente prima. secunda mulier debet
 excludi. Innocentius probo scripsit. Contur
 batio procelle barbarice. facultati legum in
 tulit casum. Nam bene constituto matrimo
 nio inter fortunium & ursam captiuitate incursum
 fieri & neuum nisi scilicet religionis statuta pro
 uiderent. Cum enim incaptiuitate predicta
 ursamulier teneretur. Aliud coniugium cum
 restituta fortunius memoratus inisse cognos
 citur. sed fauore dñi reuersa ursanos adit. &
 nullo diffidente uxore sememorati esse docuit.
 Quare domine filii merito inlustris statum
 fide catholica suffragante. illum eē. coniugium
 quoderat primitus diuina gratia fundatum.
 Conuentumque secunde mulieris priore sup
 stite. nec diuortio iecte. nullo pacto pos
 se. eē. Legitimum

VIII

In decretis Leonis pape. cap xviii.
 scriptum est. Quod aliud sit uxor.
 et aliud concubina. Nec erret quisquis
 filiam suam in matrimonium tradiderit ei qui
 habuit concubinam. Non omnis mulier uiro

iuncta uxor est uiri. quia nec omnis filius
heres est patris. Nuptiarum autē foedera in
ter ingenuos sunt legitima. & inter aequales.
Et multo prius hoc ipsum dñō constituente. quā
initium romani uiris existerent. Itaq. aliud
est uxor aliud concubina. sicut aliud ancilla
aliud libera. Propter qđ & iā aptis ad ma
nifestandā harum psonarum discretionem.
testimonium ponit ex genesi. ubi dicitur abrahe
Tice ancillam & filium eius. Non enim heres
erit filius ancillę cum filio meo isaac.
Unde cum societas nuptiarum ita ab initio
constituta sit. ut pręter sexum coniunctionē
haberēt in xpi. & ecclę sacramentum. dubiū
non est eam mulierem non pertinere ad matrimo
nium in quadoceatur nuptiale non fuisse se miste
rium. Igitur cuius libę loci clericus. si filiā
suam uiro habenti concubinam in matrimonio
dederit. non ita accipiendum est quasi ea coniu
gatum dederit. nisi forte illa mulier & ingenua
facta. et dotata legitima & publicis nuptiis
honestata uideatur. paterno arbitrio uiris iunc
tę carent culpa. Simulieres quę a uiris
habeantur in matrimonio non fuerunt. quia
aliud est nupta aliud concubina.

59
Item in eiusdem decretis cap. xx scrip-
tum est. Quod non sit coniugio dupli-
cato. quando ancillare iecta uxor assu-
mitur. Ancillā a thoro abicere & uxore
ceste in genuitatis accipere. non duplicatio
coniugii. sed profectus est honestatis.
Culpan da sit sane talium negligentiae. sed
non penitus desperanda. ut crebris exostati-
onibus incitati. quod necessariae expectauer
fideliter exsequantur. Nemo enim despe-
randus est dum in hoc corpore constitutus ē.
quia nonnumquam quod diffidentia a & a-
tis differatur. consilio maturiori pficitur.
in matrimonio iudicetur esse. **VIIII**

Item in decretis Leonis pape. cap. xliij
scriptum est. quod non uideatur esse
culpabilis. qui uxore capti sortitus est.
nec tamen culpabilis iudicetur. et tam-
quam alieni iuris peruasor habeatur.
qui personam eius mariti quam non
esse existimabatur asumpsit.
Si enim multa que ad eos qui in captiuita-
te ducti sunt pertinebant in ius alienū
transire potuerunt et tamen plenum

iustitiae est ut hisdem reuersi propria reformentur. Quod si in mancipiis uel agris aut etiam in domibus ac possessionibus rite seruatur. quanto magis in coniugiorum reclamatione faciendum est. Ut quod bellica necessitate turbatum est. pacis remedio reformetur.

X

In toletano concilio. cap. vii. scriptum est. Qui eo qui uxorem habet si concubinam habuerit. quod non communicet. Siquis habens uxorem fidelis. si concubinam habeat non communicet. Ceterum his qui non habent uxorem. & pro uxore concubinam habeat. a communione non repellatur. tantum ut unus mulieris aut uxoris aut concubinae ut ei placuerit. sit coniunctione contentus. Alias uero uiuent abiciatur donec desinat. & ad penitentiam reuertatur.

XI

Parricidium autem quam deestabile crimen in iudicio facto intercaim & abel fratrem suum dominus ipse ostendit cum adcaim parricidam ait. Maledictus eris super terram. quae aperuit os suum & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. fructus eius uagus & profugus eris super terram. In quo etiam

posuit signum. hoc est ut tremens & gemens p
fugus semper uiuet. nec auderet cum usquam
sedes habere quous. Sed quia in modernis tem
poribus parricide pro fugi discurrunt p diuersa
loca. et uariis uitiis atq. gula inlecebris de
seruiunt. melius mihi uidetur ut in uno loco
manentes penitencia districta semetipsos
castigent. si forte ad nri bonitatem indulgentiam
facinoris sui percipere mereantur. Non enim
eis licebit utramilitiae cingulum sumere & nup
tus atq. conuigii copula uti. quia saeculari
nes hoc eis non consentiant. sicut modum de
penitentibus pro culpis grauium criminum
decretis synodalia decernere ostensuri sumus.

Ita quae in athenano concilio. cap. xx. scriptae
De his qui partus suos ex fornicatione diuersis
modis interimunt. De mulieribus quae forni
cantur & partus suos necant. uel quae agunt
secum in utero conceptos excuciant. Antiqua
quidem definitio usq. ad exitum uitae eas ab eccle
sia remouet. humanius autem nunc definimus.
ut eis decem annorum tempus secundum praefixos
gradus penitentiae largiamur.

Item in concilio heliberritano. cap. lxiii.
scriptum est. de his quae filios ex adulterio

necant. Siqua per adulterium absente marito conceperit. idque post facinus occiderit. placuit uix infine danda esse communionē eo quod gemina uerit scelus.

Item in concilio hilerdense. cap. u. scriptum est. de his qui abortum faciunt uel natos suos extinguunt. Hi uero qui male conceptos ex adultero factos uel defectos necare studuerint. uel in uentris matrum potuibus aliquibus conliserint in utroque sexu adulteris post septē annorum curricula communio tribuatur. Ita tamen ut omnitempore uitę suae floribus & humilitate insistant. XII

In concilio neocesariense. cap. xxi. de homicidiis scriptum est. Qui uoluntarię homicidium fecerint. penitentię iugiter se submittant. pfectiōne uero circa exitū consequantur. XIII

Item in concilio agatense cap. xxxiij. de homicidiis & falsis testibus scriptum est. Itaque censuramus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submouendos. nisi penitentię satis factiōne crimina admissa diluerint.

Item in concilio agatense. cap. lxi. scriptum est. de his qui seruos suos extra iudicem necant. Siquis seruum propriū sine conscientia iudicis occiderit. excommuni

81
catione uel penitentia biennu reatu sanguinis
Item in concilio heliberritano. cap v. m̄dabu
scriptum est. Si domina pzelum ancillam occi-
derit. si qua femina furore zeli accensa flagris
uerberabit ancillam suam. ita ut intera tercium
diem animā cum meruciati effuēdit eo quod incer-
tum sit uoluntate an casu occiderit. si uoluntate
vii annos. Si casu per quinquennu tempora
acta legitima penitentia ad communionē pla-
uit admitti. Quod si infra tempora constituta
fuerit infirma. accipiat communionem.

In concilio Neocesariensi. X V
cap xxii scriptum est. De his qui non spon-
te homicidium commiserunt. De ho-
micidis non spon te commissis. Prior qui-
dem definitio post septem nem penitentiam
pfectionem consequi precepit. Secunda ue-
ro. quinquennu tempus explere.

Quod aut quidam homicidium quod nuper
in sedicione et proelio principū nrōrum p-
pōratum est. excusant quasi neces sedit pro
hoc cui libet agere paenitentia eo quod iussu
principum pactum sit. et dī iudicio ita finitū.
Scimus enim quod dī iudicium semp iustum est.
& nulla reprehensione dignū. de quo & iam

scriptum. Iustus dñs in omnibus uis suis
et sc̄s in omnibus operibus suis. Qui iudicat
orbem terrae inaequitate. et populus in
ueritate sua. Sine quo nec p̄fser cadit
super terram. sed nemo om̄a iudici ad̄i pene
trare potest. qm̄ scriptum est. Iudici ad̄i a
br̄s sus multa. Unde oportet eos considerare
qui hanc necē nefariam defendere cupiunt. u
trum illos corā oculis dñi. quasi innoxios ex
cusare possint. qui propter auariciam que
omnium malorum radix est et idolorū seruitu
ti comparatur. atq. p̄p̄t fauore dominorū suorū
temporalium. a dñm contēpserunt.
et mandata illius spernentes. non casu sed
p̄ industriam homicidium p̄fecerunt. Nam
de his legimus qui homines non sponte inter
fecerunt. dñm per legislatorē urbes refugii
deputasse. ad quas confugientes saluarentur.
ab ultore sanguinis proximi sui & non more
rentur. In deuteronomio scriptum est.
Haec erit lex homicide. cui uita seruanda ē.
Qui percussit fratrem suum nesciens & herens
& nudus ter eius. nullam contra eum habuit
se odium comprobatur. Sed abiste simplici
eum eo in siluā ad ligna cedenda. & in successi

62
one lignorum securis fugerit de manu. aut ferrū
lappum de manubrio. amicum eius percussit
et occiderit. hic ad unā urbium supradictarum
confugiet & uiuet. ne proximus eius cuius sangui-
nis effusus est. stimulo doloris percutiat animā ei.
De eo uero qui per industriā aliquem occiderit.
in exodo ita preceptū est. Siquis de industria
& per insidias occiderit proximum. ab altari
meo euellas eum ut moriatur. Et in deuterio
nomio. Siquis in quid odio habens proximus sui
insidiatus fuerit uitae eius. et surgens percussit
illum & mortuus fuerit & fugerit ad unā de su-
pradictis urbibus. mittent seniores ciuitatis
illius & eripient eum de loco refugii. et tradent
eum in manus proximi eius cuius sanguis effu-
sus est. et morietur. nec misereberis eius.
Si ergo eum quem dñs dignū morte. eē. iudicauit.
reum non esse quis dicit. quo modo contrarius
legidī non existit qui hoc quod p̄cepit casum
esse contendit. Uidendum ergo ille est.
ne forte in illorum numero sit quibus prophēta
dicitur. Ue uobis qui consiistis puluillos
sub omni cubitu & ceruicalia ad decipien-
das animas. Et alibi. Ue uobis inquit
qui dicitis bonum malum et malū bonum

ponentes lucem tenebris. & tenebras lucē.
Dicentes amarum dulce. et dulce amarum. Ta-
les enim mortificant animas que non moriunt.
et uiuificant que non uiuunt. Quisquis ergo
malorum operum sine condigna penitencia
quem quā ueniam ad dō percipere posse dixerit.
penitus errat. Et cum deceptus alios decipere
festinat. duplici noxa constringitur. hoc est pro
prie erroris & alienae deceptionis. Sed inter hec
sciendū quod magna distantia est inter legitimū
principem & seditiosum tyrannum. Intereū
qui sub uertere nititur xpiane pacis tranquilli-
tatē. et illum qui armis contra iniquitatē cessat
defendere aequitatē. De quo plurima sub lege
ueteris et sub testamento nouo fortium uicorū
inueniuntur exempla que nos possunt instru-
ere. quid de huiusce modi facto debeamus sentire.

De administratoribus autem **XVI**
qui iudicia secularia secundū legē maiorū
suorum exercent quid sacre canones in desenti-
ant facile est inuenire. Nam in decretis in-
nocenti pape. cap. xxij. ita legitur. Questus
est ergo superbus qui post baptismū adminis-
trauerunt. et aut tormenta sola exercuerunt.
aut etiam capitale ptulerunt sententiam.

de his legimus a maioribus definitum.
 Meminerant enim ad potestates has fuisse
 concessas. & prope uindictam noxiorum gladium
 fuisse promissum. et diuinitrum esse datum
 esse in huius modi uindictam. Quem admodum
 igitur reprehendunt factam. quod auctore dno
 uiderent. esse concessum. De his ergo ita ut ac
 tenus seruatum est sic habemus. ne aut discipli
 nam euertere. aut contra auctoritatem dni ue
 nire uideamur. Ipsis aut in ratione reddenda
 gesta sua omnia seruabuntur.

Itē in eiusdem decretis cap. xxv. scriptum est.
 Quod qui peccata criminales dicunt. habeantur
 immunes. Illud aut sciscitari uoluisti an peccata
 dicantibus liberum concedatur. utiq. propter
 baptismi regenerationem a principibus posce
 ro mortem alicuius uel sanguine dereatū.
 Quam rem principes numquam sine cogniti
 one concedunt. sed ad iudices commissa ip
 sa uel crimina semp remittunt. ut causa
 cognita uindictetur. Quaecumque quesitori
 ferunt delegata. aut absolutio aut damp
 natio p negotii qualitate profertur. Et
 dum legum in in probos exercetur aucto
 ritas erit dictator immunus.

Depopulo autē necessario commissu **XVII**
quomodo inultum soleat præterire. idest
papa quibusdam ep̄s demacedonia adinter
rogata respondens. ita scripsit dicens. Pr̄
uideat ergo dilectiorā hactenus talia man
sisse. et aduertere quod utiq. ut dicitis neces
sitas imperavit. In pace & iam ecclesias
constitutas non posse presumere. Sed ut sepe
accidit quociens a populis & turba pecca
turi. quia in om̄s prop̄ multitudinē non
potest uindicare. inultum solere transire.
Priora ergo dimitte da dico di iudicio.
dereliquo maxima sollicitudine ^{ne} cauendum.
Non enim hic ut mihi uidetur iste doctor.
apostolicus dicit non necessarium esse po
pulo pro male commissis agere penitentiam.
sed quod in om̄s prop̄ multitudinē non po
test uindicare. priora dimitte da di iudicio
dereliquo maxima sollicitudine p̄cauen
dum nesciant. **XVIII**

Defurto uero in concilio agatense. cap̄
ita scriptum est. Si clericus furtum
ecclesie fecerit. peregrina ei communi
o tribuatur.

Item in eodem in concilio. cap̄ xxvi. scriptum.

Siqui uero clerici documenta quibus ecclesie
possessio firmatur. aut subprimere aut ne-
gare aut aduersarius fortas se tradere dam-
nabili & punienda obstinatione p̄sumpserunt.
quicquid per abstinentiam documentorum dam-
ni ecclesie inlatum est. et de propriis facul-
tatibus reddant. & a communione priuentur
etiam qui in dampno ecclesie impie sollici-
tati a traditoribus susceperint. **XVIII**

De coniuratione uel conspiratione in concilio
calcedonensi. cap. xiiij. scriptum est.
Coniurationis uel conspirationis crimen.
& ab ex teris legibus est omnino prohibitum.
multo magis hoc in diuina ecclesia nefiat admo-
nere conueni &. Siqui ergo clerici uel
monachi reperi fuerint coniurantes aut cons-
pirantes. aut insidias ponentes epis aut
clericis. a gradu proprio penitus abiciantur

De his uero qui sacramento **XX**
se obligante ne ad pacem redeant. in concilio
hilerdensi. cap. viij. ita scriptum est. Qui
sacramento se obligauerit. ut litigat cum quo
libet. ne ad pacem ullo modo redeat. propter
uicio uno anno a communione corporis et
sanguinis dñi segregatus reatum suum crimino-

sinis et fletibus. & quantum potuerint ieiunij
absoluat. Ad caritatem uero que operit multitudi-
nem peccatorum celeriter uenire festinet.

De iniquo ergo iuramento & ad proximum. XI
noxam pertinente in toletano synodo. cap
ita scriptum est continetur. Et enim dum pu-
re compellimur creatorem quidem offendi-
mus. sed nos tantummodo maculamur. Cum
uero noxia promissa complemus. & diuina
su perbe contemnimus. ut proximis impia
crudelitate noceamus. et nos ipsos crudeli-
mor-tis gladio cruciamus. illic enim dupli-
ci culparum celo percussimur. hic tripliciter
iugulamur. Restat ergo ut contra pagat sen-
tentia. quo misericordiae patuerit uia.
Quae ita domino probatur accepta. ut plus eam
cupiat quam sacrificia ueneranda dicente
ipso. Misericordiam uolui & non sacrificia.
Hac indulgentiae concessa licentia misera-
tionis ipsius opus ingloriosi principis po-
testatem redigimus. ut qui ad deum illi miserandi
aditum patefecit remedia pietatis. ipse
quoque non denegat quae principali dis-
cretionem moderata persistant. Ut & illis tra-
sit quatinus misericordia contributa.

ut nusquam gens aut patri peosdem aut periculū
 quodcūq; perferat aut iacturā. haec misera
 tionis obtentu temperasse sufficiat. ceterū
 que iuramenta pro regie potestatis salute. uel
 constitutione gentis & patrię uel ad tenus
 sunt exacta uel deinceps extiterint exi
 genda. omni custodia omnique uigillantiā
 indissolubiler decernimus obseruanda
 membrorum truncatione mortisque senten
 tia regione penitus obsoluta. Sed nec pra
 uarum mentium uersuta nequitia nos &
 adpiurn aliquando prouocet culpam.
 nec ascāe fidei regula hanc adserat uenire
 sententiā. Tam diuine auctoritatis oracula
 quam pcedentium patrum huic narrationi cu
 ra uimus innectenda. Sic enim p hieremiā
 dixit. Repente loquar aduersus gentem.
 aduersus regnum. uteradicem et disspdam
 illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo
 suo quod locutus sum aduersus eam. Agam
 & ego penitentiā sup malo quod cogitauit ut
 facerem ei. Et per ezechihalem. Si dixero
 inquit iusto quod uita uiuat et confisus in
 iustitiā sua fecerit iniquitatē. omnes iusti
 tia eius obliuioni tradentur. et inimiqui

tate sua quam operatus est in ipsa morietur.
Sicut dixerit impio morte morieris. & egerit
penitentiam. uita uiuet & non morietur. Sicut
ergo nostra conuersio sic diuinam mutat sententiam. cur
miserorum tante lacrimae uel presura tamera
damnon temperent ex miseratione uindictam.
Hinc populo & iam israhelico sepulcro pro
missa suspenditur. et nineuitarum perditio
diuinae sententiae per mutatione sedatur.
Nam sanctus ambrosius in libro tertio de officis
ita ait. Purum igitur ac sincerum oportet
esse affectum. & unusquisque simplicem sermo
nem proferat. uas suum in scititate possideat.
ne fratrem circumscriptione uerborum inducat.
nihil promittat inhonestum ac sibi promit
tere. Tollerabilius est promissum querat
non facere. quam facere turpesse. Saepe
constringunt se iuris iurandi sacramento. et
cum ipse cognouerint promittendum non fuisse
sacramenti. tamen contemplatione faciunt
quod poponderunt. Sicut de herodes supra
scripsimus. qui saltatrice premium turpe
promisit. crudeliter soluit. Turpe quod
regnum pro saluatione promittitur. crude
le quod mors prophetae per iuris iurandi reli

66
gione donec tur. Quanto tollerabilius tale
fuit scilicet per iurium sacramento. Et post
pauca deiepte discernens miserabilis ne
cessitas. que soluitur parricidio. Meli
us est non uore id quod sibi is cui pmitatur
nolit exsolui. Et post paulolum.
Non semper igitur promissa
soluenda. Omnia sunt denique ipsedñs sicut
scriptura indicat frequenter sua mutat
sententiam. Cir quoque scilicet simus augustinus
inuestigationis acumine acutus inueniendi
aditus patet. minora semper eligantur. quia
et qui murorum ambitu nefugiat clauditur.
ibi se infugat precipitat. ubi breuior murus in
uenitur. Hinc et isidorus ait. Tollerabilius
est enim non implere sacramentum. quam permanere
instupri flagitio. Similiter et si non nimis
in malis promissis rescande fide incurpe uotum
ut a deo quod incaute uouisti non facias.
Impia est promissio. quae scelere adim
pletur. Unde necesse est ut male iurans
dignam penitentiam agat. eo quo dno mendium
contra preceptum illius sumpsit in uano. quia
in exodo scriptum est. Nec enim insonntem
habebit dñs eum qui ad sumpsit nomen dñi.

disui frustra. Et in leuitico. Non perui-
rabis in domino in meo. nec pollues nomen domini
tui. ego dominus. Tamen malum quod facturi
sunt a sacramento deuouerat. omnino non faciat
quoniam stulta uota frangenda sunt

De his ergo quia ad ecclesiam patrocium
confugiunt. ne tradantur in concilio.
ara usico cap. v. ita scriptum est. tot
aut qui ad ecclesiam confugerint tradidit non
oportere. sed loci sancti reuerentia & inter-
cessione defendi. In concilio aurelia-
nensi. cap. i. de homicidis & adulteris
et furibus si ad ecclesiam confugerint ita scrip-
tum est. Id constituimus obseruandum quod
ecclesiastici canones decreuerint & lex romana
constituit. ut ab ecclesia atris uel domo episcopi
eos abstrahere omnino non liceat. sed nec
altari designari. nisi ad euangelia datis sacra-
mentis de morte & debilitate. & compenari
generesunt securi. Ita ut ei cui reus fuerit crimi-
nosus de satis factione conueniat. Quod si
sacramenta sua conuictus fuerit uiolasse.
reus piuri. non solum a communione ecclesie
uel omnium clericorum. uerum etiam & a catho-
licorum conuiuio separatur. Quod si cui reus

67
est noluerit sibintentione faciente componi.
et ipse reus de ecclesia ad us timore discesserit. ab
eccle clericis non queratur.

Item in eodem concilio. cap. ii. scriptum est. De raptoribus si ad ecclesiam confugerint. De raptoribus autem id constituendum est. censum. ut si ad ecclesiam raptor cum rapta conuenierit. et feminam ipsam uolentiam perculserit se constituerit. statim liberetur de potestate raptoris. et raptor mortis uel penarum impunitate concessa ad seruendum subiectus sit. aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si uero raptus patrem habere constiterit. & puella raptori conserit. potestati patris excusata reddatur. et raptor a patre superioris condicionis satis factione teneatur obnoxius.

Item in eodem concilio. cap. iii. scriptum est. De seruus si ad ecclesiam confugerit. Seruus si ad ecclesiam confugerit pro qua libet culpa domino omisa culpa sacramenta suscepit. statim ad seruicium domini sui redire cogatur. Et posteaquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus. si aliquid poene pro eadem culpa qua excusatur probatus fuerit protulisse. pro contentu ecclesiae. & per uariatione fidei. a communione et conuiuio catholicorum sicut

superius comprehensum est extraneus habeatur.
Si uero seruis pro culpa sua ab ecclesia defensus
sacramenta dñi clericis exigentibus de impu-
tate perceperint. exire nolentem ad domino
liceat occupari. **XXXIII**

In ancirano concilio. cap de his quid iu-
nationes expellant et more gentium subse-
cuntur. aut in domos suas huiusmodi ho-
mines introducunt exquirendi arte mali-
ca aut expiandi causa sub regula quinquen-
ni iaceant secundum gradum penitentiae definitos.

In concilio laodicense. cap xxxvi. de his qui
in cantationibus & filacteris utuntur ita
scriptum est. Quod non oporteat sacris offi-
ciis deditos uel clericos magos aut incantato-
res existere. aut facere philacteria que anima-
rum suarum uincula conprobantur. eos autem
quibus his utuntur. ab ecclesia pelli precipimus.

In concilio agathense de sortalogis uel augurum
seruantibus ut ab ecclesia separentur. cap xli.
scriptum est. Ne de eo fortas seu ideat omis-
sum quod maxime fide catholice religionis infestat. quod
aliquanti clerici siue laici student augurum
& sub nomine fide religionis quas scorum
sortes diuinationes scientiam proficere. aut

68
quarum cumq; inspectione future p mittunt.
hoc quicūq; clericus uel laicus delectus fuerit.
uel consolare uel docere ab ecclesia
habeantur extraneus.

In concilio toletanensi. cap. xxviii. ita scrip-
tum est. Siquis ep̄s aut pr̄b̄t siue diaconus
uel quilibet ex ordine clericorum. magos aut
aruspices aut ariolos uel sortilogos aut eos
qui profitentur artē aliquā aut aliqui eorū
similia exercentes consulens fuerit dephensus.
ab honore dignitatis suae depositus monasterii
curam excipiat. ibiq; perpetua penitencia dedi-
tus. scelus admissū sacrilegi soluat.

In synodo mastini. cap. lviii. ita scriptum est.
Quod non liceat sacerdotibus uel clericis incan-
tatores esse et ligaturas facere. quod est conli-
gatio animarum. si quis haec faciat de ecclesia
prociatur.

X X I I I I
Item in eodem synodo. cap. lxxii. scriptum est.
Quod non liceat xp̄ianis tenere traditiones gen-
tilium. et obseruare lune aut stellarū cursū.
Non liceat xp̄ianis obseruare uel colere elem̄ta.
aut lune aut stellarū cursum. aut inanem
signorum fallaciam pro domo facienda.
uel segetes uel arbores plantandas. uel

coniugia socianda scriptum est enim. Omnia que facitis. aut in uerbo aut in opere. omnia in nomine domini nostri ihesu christi facite. gratias agentes deo.

Item in eodem concilio. cap. LXXII. ita scriptum est. Quod non liceat kalendariis observare. Non liceat in quas observationes agere kalendarum. & oculis uacare rebus. neque lauro aut uiriditate arborum circuire domos. omnis hec observatio paganissima est.

Item in eodem concilio. cap. LXXIII. scriptum est. Quod non liceat medicinalis herbas aliqua observatione colligere. Non liceat in collectiones herbarum que medicinales sunt aliquas observationes aut incantationes intendere. nisi tantum cum simbolo diuino. et oratione dominica. ut tantum deus creator omnium & dominus honoretur.

In concilio laodicense. cap. XXXVIII. scriptum est de his christianis qui celebrant festa gentilibus. Quod non oportet cum gentilibus festa celebrare. & communicare praesertim eorum qui sine deo sunt.

De X V

In concilio africano. cap. XXVII. scriptum est. De paganorum conuiuio auferendis. Illud etiam precepiendum ut qui contra precepta diuina

conuiuia multis in locis exercentur que ab erro-
 re gentili adtracta sunt. ita ut nunc a paganis
 xpiani adhuc celebranda cogantur. ex quare
 temporibus xpianorum imperatorum psecutio
 altera fieri occulte uideatur uetari talia iubeat.
 & decuitatibus & possessionibus inposita poena
 prohiberi. maxime cum & iam natalibus beatis-
 simorum martirum p non nullas ciuitates. et in
 ipsis locis sacris talia committere non reformident.
 quibus diebus & iam quod pudoris est dicere salta-
 tiones sceleratissimas per uicos atq; plateas ex-
 erceant. ut matronalis honor. & innumerabiliu
 feminarum pudor deuote uenientium ad sacra-
 tissimum diem iniurias lasciuientium appe-
 tatur. ut & iam ipsius scae religionis pene
 fugiatur accessus.

Inde de & is leonis pape. cap xxx scriptu est.
 In diebus quibus conuiuia gentilium & escis im-
 molatus usi sunt. Si conuiuio solo gentilium
 & escis immolatus usi sunt. possunt ieiuniis
 & manus in positione purgari. ab idolothe-
 tis abstinentes sacramentorum xpiani possint
 esse participes. Si autem aut idola adora-
 uerint. aut hominibus aut fornicatio-
 nibus contaminati sunt. a communione

eos nisi per penitentiam publicam non possunt admitti.

In concilio heliberritano. cap. LV. XXVI

I scriptum est de christianis qui cum iudeis uescuntur. Si uero quis clericus uel fidelis cum iudeis cibum supererit. placuit eum a communione abstineri. ut debeat emundari.

In concilio toletanensi. cap. XVI. scriptum est de iudeis. suggerente concilio id gloriosissimus dominus noster canonibus inserenda precepit. ut iudeis non liceat christianas habere uxores uel concubinas. neque mancipium christianum in usus proprios comparare. Sed & filii qui ex tali coniugio nati sunt. assumendos esse ad baptismum nulla officia publica opus est agere. per qua eis occasio tribuat poenam christianis inferre. Si qui uero christiani ab eis iudeis inriti sunt maculati. uel etiam circumcisi non redito pretio ad libertatem & religionem redeant christianam. XXVII

In concilio laodicensi. cap. LV. scriptum est. Non congruere christianis commensationibus interesse. Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis uel commensationibus conuiuia celebrare. hoc autem nec laici posse congruere.

In concilio africano. cap xxx scriptum est
 de his tritionibus xpianis factis. & de his etiam
 pendum ut si quis ex qualibet ludicra arte
 ad xpianitatis gratiam uenire uoluerit. ac
 liber ad illa macula permanere. non eum liceat
 at a quo quam iterum a deadem exercenda
 reduci uel cogi.

In concilio laodicense. cap l i i i . scriptum est.
 ut in xpianorum non saltetur nuptiis. Quod non
 oporteat xpianos euntes ad nuptias plaudere
 uel saltare sed uenerabiliter caenare uel pran
 dere sicut xpianis decet. **XXVIII**

In concilio toletanensi. cap vii scriptum est
 ut ad mensam epi scripturae diuine legantur.
 Pro uerentia eadē & sacerdotum id uniuersa
 sca constituit synodus. ut quia solent crebro
 mensis ociose fabulae interponi. in omni sac
 dotali conuiuio lectio scripturarū diuinarū
 misceantur. Per hoc enim et anime edifi
 cantur ad bonum et fabulae non necessa
 riae prohibentur.

In canone apostolorum. cap xlii. scriptum est
 quod episcopus. presbiter. aut diaconus. aleator
 & ebriosus esse non debeat. Episcopus. presbiter
 aut diaconus aleae atq. ebriitati deser

uens. aut definat aut certe damnetur. **XXVII**

In concilio cartaginensi. cap. iii. de continen-
tia & castitate clericorum ita scriptum est.

Aurelius episcopus dixit. Cum pro merito concilio
de continencia & castitatis moderamine trac-
taretur. gradus isti tres qui constructione
quadam castitatis. per consecrationes adnexi sunt
episcopus inquam. presbiteros. et diaconos ita placuit ut
concederentur sacros antistes ac diacerdotes nec
non & leuitas uel quis sacramentis diuinis in ser-
uiunt continentes esse in omnibus. quos pos-
sint simpliciter quod ad opostulant impera-
re. Ut quod apti docuerunt & ipsa seruaue-
antiquitas. Nos quoque custodiamus. **XXVIII**

In concilio toletanensi. cap. vi. non debere
sacerdotes quas libere in ecclesiae famulatus
truncationes facere. nec aliquid quod mor-
te plectendum iudicare. His uero a quo-
bus domini sacramenta tractanda sunt iudicium
sanguinis agitare non licet. Et ideo magno
per talium excessibus prohibendum est.
ne in diserte presumptionis motibus ag-
tati. aut quod morte plectendum est sen-
tentia propria iudicare presumant. aut
truncationes quas libere personis aut

71
pse inferant aut inferenda precipiant.
Quod si quisquā horum in memor preceptorū.
aut in ecclesiae familiis aut in quibuslibet psonis.
tale aliquid fecerit. & concessi ordinis honore.
priuatus & loco. sub perpetuo dampnationis
teneatur religatus ergastulo. Cui tamen com-
muno exeunti ex hac uita non neganda est.
propter dñi misericordiā. qui non uult peccato-
ris mortē sed ut conuertatur et uiuat. **XXXI**

In concilio hilerdense. cap̄ XI. scriptum est de
clericis qui in mutuā cedem prorumpunt.
Siqui clerici in mutuā cedē prorumperint.
pro ut dignitas officiorum in tali excessus con-
tumelia per tulerit a pontifice districtis
uin di ce tur.

XXXII

In concilio cartaginensi. cap̄ V. de auaritia
scriptum est. Aureus ep̄s dixit. Auaritię
cupiditas quam rerum omnium malorum
matrem esse nemo quis dubitat. proinde in-
hibenda est ne quis alienos fines usurpet. aut p-
premium tēminos patrum statutos transcendat.
ne cui quam clericorum liceat de qualibet re
fenus accipere. quamquā nouelle suggestiones.
que uel obscure sunt. uel sub genere latent in spec-
tibus anobis formam accipiant ceterū de quibus

aper tissime diuina scriptura sanxit. nonē.
differenda sapientia sed potius exequenda.
Proinde quo in laicis reprehenditur. id multo
magis debet in clericis p̄dampnari. Uniuersum
concilium dixit. Nemo contra prophe-
tas. nemo contra euangelia facit sine periculo.
In concilio toletanensi. cap̄ xxxiij. scriptū ē.
De auaritia malo. Auaritia radix cunctorum
malorum. cuius sitis & iam sacerdotis mentis
obtinet. Multi enim fidelium in amore xpi
& matrum in parochis episcoporum basilicas
construunt. oblationes conscribunt. Sacer-
dotes hec auferunt. atq; in usus suos conuertunt.
Inde est quod cultores sacrorum deficiunt.
dum stipendia sua perdunt. inde labentium
basilicarum ruine non reparantur. quia
auaritia sacerdotali omnia auferuntur.
Pro qua re constitutum est a presenti concilio
ep̄os ita dioceses suas regere. ut nihil ex earū
iure presumant auferre. Sed iuxta priorum
auctoritatē conciliorum. tam de oblationibus
quā de tributis ac frugibus. tertiam partem
consequantur. Quod si amplius quippiam
ab eis presumpsum extiterit. p̄ conciliū restau-
retur. Appellantibus aut ipsis conditorib;

14
aut certe propinquos eorū. si iam illi saeculo dis-
cesserunt. Nouerint autē conditores basi-
licarum in rebus quas eisdem ecclesiis confer-
nullam potestatem habere. sed iuxta canonū
statuta. sicut ecclesiam. ita & dotem ad or-
dinationē epī pertinere.

In concilio niceno. cap. xvij. de clericis usu-
ras accipientibus scriptum est. Quod
mula sub regula constituta. auaritia & tur-
bia lucra sentiantur. obliti quae diuinae
scripturae dicentis. qui pecuniam suam non dedit
ad usuram. mutuam dantes centesimos exigunt.
Iustitiam scilicet magna seruetur. ut si quis
inuentus fuerit post hanc diffinitionem usu-
ras accipientes. aut ex inuentione aliqua.
uel quo libet modo negotium transiens. aut
hiemola id est sescupla exigens. uel ali-
quid tale prorsus excogitans turpis lucri
gratia. deiciatur a clero et alienus existat
a regula.

In decretis Leonis pape. cap. iij. scriptum est
quod usuram non solum clerici exigere non
debeant sed nec laici christiani. Nec hoc quoque
praeter eundem esse duximus. quosdam
lucris turpi cupiditate captos. usuras suam

exercere quod nos non dicā in eos qui sunt in clericali officio constitutos. sed & in laicos cadere qui xpianos sedici cupiunt condolemus. quod uindictari acriter in eos qui fuerint constituti decernimus. ut omnis peccandi oportunitas adimat.

In decretis sirici pape. cap. iii.

In de apostaticis scriptum est. Adiectum est quos dā xpianos ad apostasiam quod dicitur fas est transeuntes. Et idolorū cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos. quos a xpi corpore & sanguine quod dū dū in redēpta fuerant renascendo iubemus abscedere. si ipsi centes forte aliquando fuerint ad lām ta conuersi. his quam diu uiuunt agenda penitentia est. Et in ultimo fine suo reconciliatio nis gratia tribuenda. quia docent dñs. solo mortē peccatoris tantum conuertatur & uiuat.

In concilio arelatensi. cap. xxii. de apostaticis scriptum est. qui tardius reuertuntur. nisi per dignam penitentiā non recipiantur. De his qui apostatant. numquā se ad ecclesiā representant. nec quidē paenitentiā agere querunt. & postea infirmitate arrepti p̄sumunt cōmunionem. placuit nondandā eis communionem nisi reuelauerint &egerint fructus dignos.

73
penitentiae.

In eodem concilio. cap. xxv. de apostaticis si non
revertantur scriptum est. Huiusmodi scilicet reli-
gionis professione apostatant & ad seculum redeunt
post modum penitentiae remedia non requi-
runt. sine penitentia communione penitus non
accipiant. quos etiam iubemus ad clericatus
officium non admitti. Et quicumque ille post
penitentiam habitum secularem non presumat. quod
si presumpserit. ab ecclesia alienus habeatur. xxxiii.

In synodo toletano. cap. lvi. scriptum est
de professione monachi. Monachum autem pat-
riam de otio aut propria professione facit.
quicumque horum fuerit aligatum tenebit. Pro
inde his ad mundum reuersa interdiciamus aditum.
et omnem ad seculum interdiciamus regressum. xxxv.

In africano concilio. cap. x. de penitentibus
ita scriptum est. Ut paenitentibus secundum
differentiam peccatorum episcopi arbitrio pe-
nitentiae tempora decernantur. et ut pro-
inconsulto episcopo non reconcilietur penitentem.
nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuius-
cumque autem paenitentis publicum & divulgatis-
simum crimen est quod universam ecclesiam
com mouerit. ante absidam manus ei imponatur.

In decretis innocenti pape . cap . vii . de peni-
tentibus scriptum est . De penitentibus autē
quisiue ex grauioribus commissis . siue ex leui-
oribus penitentiā gerunt . si nulla interuenit
egritudo . quinta feria antepascha eis remit-
tendum romane ecclesie consuetudo demon-
strat . Ceterum de pondere estimando delicto-
rum sacerdotis est iudicare . ut ad tendat
ad confessionē penitentis . et ad fluxus & la-
crimas corrigentes . ad tunc iuberē dimitta-
cum uiderit satisfactiōem . Sane quis quis
egritudinē inciderit . atq . usq . ad desperationē
deuenerit ei est ante tempus paschae relaxan-
dum . ne desecto absq . communione discedat .

In concilio arelatense
cap . xii . scriptum est de his qui in penitentiā
positi uita excesserunt . Placuit nullum
communione uacuum dimitta . sed pro eo
quod orauit penitendo . obtē illius recipiatur .
In concilio arausico . cap . iiii . scriptum est de
penitentibus qui de corpore exeunt . Qui re-
cedunt de corpore penitentiā accepta . placuit
sine reconciliatori manus impositione eis
communicare quod morienti sufficit consola-
tionis . secundū diffinitionē congruentem

uaticum nominauerunt. Ut si sup uixerint
stent in ordine penitentium ut ostensis necessariis
penitentiae fructibus legitima communione
cum reconciliatoria manus impositione recipiat.

In concilio aurelianense **XXXVII**

cap. iiii. scriptum est de his qui penitentiam uio
lant. Huiusmodi qui susceptam penitentiam religi
onem quae suae professionis obliti ad secularia
relabuntur. placuit eos a communione suspen
di. et ab omnium catholicorum conuiuio sepa
rari. Quod si post interdictum cum eo quisq.
presumpserit manducare. et ipse communi
one priuetur

In concilio toletano. cap. lv. scriptum est de secu
laribus accipientibus penitentiam qui se toto conder
unt & rursus per uariantes laici effecti sunt. Con
prehensi ab episcopo suo ad penitentiam ex qua recesser
unt reuocentur; Quod si aliquid per peniten
tiam irreuocabiles sunt. nec ad moniti reuer
tantur. uere ut postea coram ecclesia anathematis
sententia condemnentur. Non aliter & hi
qui de consensu parentibus fuerint. aut sponte
sua missis parentibus se ipsos religione deuouerunt.
& postea habitum secularem sumpserunt. et
ita a sacerdote comprehensi ad cultum religionis

alta prius penitentia reuocentur: Quod si uer-
tinon possunt apostate. anathematis senten-
tia subiciantur. Quae forma seruabitur
& iam inuiduis uirginib; quae sacris
ac penitentibus feminis quae scaemoma-
lem habitum induerunt. & postea aut
uestem mutauerunt. aut nuptias transierunt

XXX VIII

Indecretis celestini pape. cap xv. scrip-
tum est. quod nulli sit ultima paenitentia
deneganda. Agnouimus enim penitentiam
morientibus non denegari. nec illorum deside-
riis adnui quod obitus sui tempore anime
suae capiunt subueniri remedio. Et horrem
fateor tante impietatis aliquem repperiri. ut
de diuinitate desperet. quasi non possit adsequens
tempore concurrentis succurrere. et periclitante
sub honore peccatorum hominem pondere quo se ille
expedire desiderat & liberare. Quid hoc
rogo aliud est quam morienti mortem addere.
eiusque animam sua crudelitate ne absoluta esse
possit occideret. Cum deus ad subueniendum para-
tissimus inuitans ad penitentiam sic permittatur.

peccator in quacumq. die conuersus fuerit. ut
 peccata sua non reputabuntur ei. Et iterum. Nolo
 mortem peccatoris. sed tantum conuertatur & uiuat.
 Salutem ergo homini adimit. quisquis post se
 penitentiam denegarit. Et dicitur per auctorem
 di. qui eum ad subueniendum morienti sufficere
 uel momento posse non credidit. Perdidit &
 latro in cruce premium ad xpi dexteram pendens.
 nullum unius hore penitentiam non uiuisset.
 Cum esset in pena penituit. & per unius sermonis
 promissionem habitaculum paradisi deo promitten
 te promeruit. Vera ergo ad deum conuersio in ult
 mis positorem mente potius est aestimanda quam
 tempore. Propheta hoc taliter asserente. cum
 conuersus ingemueris. tunc saluus eris. Cum
 ergo dominus sit cordis inspector. quo uis tempore
 non est deneganda penitentia postulanti. cum
 ille se obliget iudici. cui occulta omnia nouerit
 reuelari.

XXX V I I I I

In decretis leonis pape. cap. xx. scriptum est
 quod oporteat eum qui pro illicitis ueniam
 poscit. & iam multis licitis abstinere.
 Aliud quidem est debita iusta reuocare. aliud
 propria perfectionis amore contempnere. Sed
 inlicitorum ueniam postulante. oportet & iam

alicuius abstinere dicente aplo. Omnia
cent. sed non omnia expediunt. Unde si peni
tentes habent causam quam negligere forte non
debeant. melius expedit quis ecclesiasticum quam
forense iudicium.

Item in eiusdem decretis. cap. xxii. scriptum est. quod
penitenti nulla lucra negotiationis exercere conue
niat. Qualis lucra negotiantem aut excusat aut
arguit. quia est inhonestus questus & turpis.
Verumtamen penitenti utilius est dispendi pati.
quam periculis negotiationis obstringi. Qui adif
ficale est interementis uendentis que commercii.
non interuenire peccatum. **X L**

Item in eiusdem decretis. cap. xxiii. scriptum est. quod
ad militiam secularem post penitentiam redire non
debeat. Contrarium est omnino ecclesiasticis
regulis post penitentiae actionem. redire ad mili
tiam secularem. cum aplos dicat. Nemo militans glo
implicat se negotiis secularibus. Unde non est
liber a laqueis diaboli. qui se militia mundana
uoluerit implicare.

Haec tibi scilicet pater pauca capitula ex sanctorum
patrum conciliis collegere curavi. ut habere
imprimum ex eorum sententiis quo iudicare
possis rudes et indomitos animos nouelle

gentis apud quam modo conuersaris. ut sciant
se impunitè peccare non posse. sed paratā sen-
tentiā semper a uobis fore orientia uitia per-
uersorum citius reserare. & humilibus. atque
digne satis factione peccata sua plorantibus o-
portu num solamen consolationis conferre.
Oportet enim ut quia uirā scētās inter illos modo
consistit per prædicatione uerbi dī. & custodiam
uerereligionis omnibus sacrum studiū ur̄m inno-
tiscat. quatinus hic fructus boni laboris
laudem uobis adquirat. et in futuro mercedē
& gloriam pariat sempiternam amen.

ITE CAPITULA

- I De his qui infantē incaute opprimunt & suffocant.
- II De his qui in cestū oculi te cōmittunt & confitentur.
- III De mulierib; fornicariis auoz tuos facientibus.
- IIII Si quatuor homines cum uno rixati fuerint
& unus eorū eū occiderit.
- V Uteps. pr̄bt. aut diaconus. cū canibus & falco-
nibus iocum non habeant.
- VI Si maritus uxorē. aut ipsa uirū dimiserit.
- VII De eo qui alienā uxorē auferre tēptauerit.

Siquis in fantem suum incaute oppresserit. aut ues
timentorum pondere suffocauerit postbaptis
mum. xl dies peniteat in pane & aqua etoleribus
atq; legumine & a coniuge se abstineat. Tres annos
in penitentia exigat legitimas ferias. et tres qua
dragesimas. Et si ante baptismum oppresserit
infantē. proximos dies. xl. ut supra. postea uero
quinquennium expleat.

Siquis incestum occulte commiserit et sacerdoti
occulte confessionē egerit. iudic & urei reme
dium canonicum qđ subire debuerat sic uis facinus
publicum fuisse & et uerū. Quia latet & commissū.
d & urei a sacerdote consilium ut salutari animę suę
per occultā penitentiā proficiat. hoc est ut ueraci
ter ex corde peniteat se grauit deliquisse. & per
ieiunia & elemosinas. uigiliasque atq; psacras
orationes cum lacrimis se purgare contendat.
et sic se ad spem uenire p̄ misericordiā dī per
uenire confidat.

Siquis de mulieribus que fornicatę sunt inter
ficerit que nas cunctur. aut festinat auortiuos
facere. primū constitutū usq; ad exitū uolat.
id quod uerū diffinitū humanus aliquid conse
quantur. constituimus eos decennu tepr̄ scđm
grad que sunt constituta peniteat

Si quatuor uel quinque homines seu &ia plures
 contra unum rixati fuerint. & ab his uulneratus
 mortuus fuerit. quicumque eorum plagam imposuerit &
 secundum statuta canonum homicida iudicetur.
 Septem annorum penitentiam subeat. hoc est proxi-
 mos .xl. dies peniteat in pane & aqua & leguminibus
 & holeribus; abstineat se ab uxore et ab ingressu
 ecclesie. Deinde tres annos abstineat se a carne
 & uino medone & ceruisa mellita exceptis festis
 diebus & graui infirmitate. Reliquos autem
 quatuor tres legitimas ferias in singulis ebdo-
 madibus; & tres quadagesimas iohannis singulis
 carne tantum abstineat.

Siquis episcopus presbiter aut diaconus cum canonicis uel sa-
 conibus seu reliquis locis usum habuerit iocandi
 & transitorius rebus elaborantibus. quod si quis talium
 personarum in hac uoluntate fuerit detectus. si presbiter
 est tribus mensibus a communione suspendatur
 presbiter duobus mensibus. diaconus uno mense
 ab omni officio ecclesiastico & a communione
 remouentur.

Si maritus uxorem aut uxor maritum interfecerit.
 equum iudicium sit super eos. Idcirco utique
 eorum in huiusmodi criminis accusatione

sinegauerit. pari iudicio examinetur.

Siquis alienā uxore publice auferens. & crimine aduiteru ecclesiam xpi diffamauit iuxta statuta canonum penitentiā plenitē agat.

Siquis cum animalibus peccauerit qui amplius quā uiginti annorum fuerit. quindecim annorū subiaceat. deinde communionē mereatur. Requiritur autē qualis sit eorū uita. et mereantur aliquid humanius. Si inces santer ad peccandum pseuerauerint longā habeant penitentiā. Qui autē superiori & late et uxorem habentē intruerit in hoc peccatum. uiginti quinque annos subiaceat. Ita ut post quinque annos communionē mereatur. Si autē aliquid uxores habentes. & amplius quinquaginta annorū hoc peccatū p̄p̄trauerint in exitū uite mereantur uaticum.

D E H O M I C I D I O

Siquis clericus homicidium fecerit. decem annos exsul peniteat. post hos recipiatur in patria sua si bene egerit penitentiã in pane & aquã. testimonio conprobetur ep̄i. uel sacerdotis cum quibus penituit et cui commissus fuit. et satis faciat parentib; eius que occidit. & uicẽ filii reddens & dicens. quecuq; uultis facia uob;. Si aut non satis fecerit parentibus eius. nuqua recipiatur in patria. sed moriatur uagus. & pro fugus sit sup terram.

Siquis ad homicidium faciendu consenserit et factu fuerit. octo annos peniteat. tres in pane & aqua exhis.

Siquis homicidiu nolens fecerit. quinq. annos peniteat. tres ex ipsis in pane & aqua. Si aut uoluit et non potuit. quatuor annos peniteat.

Si laicus homicidium fecerit. sex annos peniteat. Siquis infantẽ oppreserit. tres annos peniteat. unum ex his in pane & aqua.

Similiter clericus

D E F O R N I C A T I O N E

Siquis clericus fornicauerit sicut sodomite. decem annos peniteat. tres ex his in pane & aqua. Siquis adulteriũ commiserit. idẽ.

cum uxore uel sponsa alterius. & filium genuerit.
septē annos peregrinus in pane & aqua peniteat.
Si autē filium non genuerit. et in noticiā hominū non
uenerit. Si clericus est trib; annis. unū ex ipsis in
pane & aqua. Si diaconus aut monachus. quin
q; ann. duo in panē & aqua. si p̄b̄t. septē. tres
in panē & aq̄. Si ep̄s. duodecī annos peniteat. et
posthac suos recipiant gradus.

Siquis clericus uel cuius superior gradus est qui uxore
habuit. & post conuersionē uel honorē iterum
eam cognouerit. cognoscat se adulterū commis
sis se. idcirco ut ^{p̄ra}peniteat. Siquis fornicauit
rit cū sc̄moniale uel dōdicata. cognoscat se adul
terū commissis se. sicut in superiori sententia
unusquisq; iuxta ordinē suum peniteat.

Siquis per semetipsum fornicauerit. aut cū iumento.
aut cum qualibet quadrupede. duob; annis penite
at si gradum n̄ habuit. Si gradū aut uotū. tres
annos peniteat. Siquis concupiscit mulierem & non
potest peccare. id est non suscipit cum mulier. dimi
dio anno peniteat. totū se abstineat a uino & carni
bus & a communione. Siquis clericus post quā se
dō uouerit iterū ad habitū secularem sicut canis ad
uomitum reuersus fuerit uel uxore duxerit. decē
annos peniteat. tres ex ipsis in pane et aqua.

& numquam postea inconiugio copuletur. & si
 noluerit. scā s̄r̄ nodus. uel sedis apostolica separabit
 eos a comunione catholicorū. Similiter & mu-
 lier postquā sedō uouerit. si tale scelus commissē-
 rit pari sententia subiaceat. Siquis laicus for-
 nicauerit sicut sodomite. septē annos peniteat.
 Siquis de alterius uxore filium genuerit. id est ad-
 alteriū commiserit thoro proximi sui uiolato.
 tres annos peniteat abstineat se acibus succulentiorib;
 & propria coniuge. dans insuper precū pudici-
 tiae merito uxoris uiolatae. Siquis adulterare
 uoluerit & non potuerit. id est non fuerit sus-
 ceptus quadraginta dies in pane & aqua peniteat.
 Si fornicauerit cum mulieribus a coniugio liberis
 id est uiduis uel puellis. anno uno peniteat. Si
 uirgo uirgini coniunctus fuerit. si uoluerint
 parentes ipsius sit ei uxor. Itatamen ut antea
 ambo unū annū peniteant. et ita sint conjugales.
 Siquis cum uimento fornicauerit. annū unum
 peniteat. Si uxore non habuit. dimidiū annum.
 Siquis uirginē uel uiduā rapuerit. tres annos
 peniteat in pane & aqua. Siquis sponsam habens
 fororieus forsitan uitium intulerit. & coherserit.
 tamquā suae. hanc autē deceptā uxore duxerit des-
 ponatā. illa uero que uitium passa est si forte sibi

necem intulerit. om̄s huiusmodi facti cons
ei sunt decē annos in pane & aqua redigant̄
secundū canones constitutos

DE PERIURIO

Siquis clericus iurauerit. septē annos
peniteat. tres ex his in pane & aqua. & nū
quam iur & postea. Si quis uero quo auctus
pro qua lib & necessitate. aut nesciens p
iurauerit quatuor annos peniteat. unum
ex his in pane & aqua. Et animā pro se red
deat. id est seruu aut ancillā de seruitute
absoluat. & elemosinas multas faciat.

Siquis laic⁹ periurauerit per cupiditate.
totas res suas uendat. & det pauperibus. &
condatur in monasterio. & ibidō seruiat
usq. in diem exitus sui.

DE FURTU CAPITALE

Siquis clericus furtū fecerit capitalem. id ē
quadrupedem uel casas fregerit. aut
qualib & meliorē presidium furauerit. quinq.
annos peniteat in pane & aqua. Si quis
uero de minoribus rebus. semel aut bis fur
tum fecerit. reddat proximo suo. & anno
integro peniteat in pane & aqua. Et si red
dere non potuerit. tres annos peniteat.

Siquis sepulchrū uiolauerit quinq. annos penit
 tres exhis in pane & aqua. Siquis laicus fustu
 fecerit reddat proximo suo quod furauit. & tres
 qua dragesimas in pane & aqua penit. si red
 dere non potuerit. annū & tres qua dragesimas
 in panē & aqua penit dans elemosinas de suo
 labore pauperibus & sacerdotis iudicio iunga
 tur altario. **DE MALEFICIO**

Siquis maleficio aliquē pdiderit. septē annis
 penit & tres exhis in pane & aqua. & abstineat se
 a uino & carne. Et tunc ad septimum annum
 recipiat ad cōmunionē. Siquis pro amore
 maleficus sit & neminē pdiderit. si laicus est
 dimidium annū. si clericus integrū annū in panē
 & aqua. Si diaconus tres annos. unū in pane
 & aqua. si sacerdos. quinq. ann. duo exhis in
 pane & aqua. Si autē phoc mulieris parcus
 deceperit. sex qua dragesimas unusquisq. in
 super augeat ne homicidi reus sit.

DE SACRILEGIO

Siquis sacrilegium fecerit. id est quod aurus
 pices uocant. et sup aues auguria uerint
 aut quo cūq. malo ingenio. tres annos penit
 unum exhis in pane & aqua. Siquis ariolus
 quos diuinos uocant aliquas diuinationes fe

cerit. quinq. annos. peniteat unum ex his in pane
& aqua. Siquis sortes habuerit quas scōrū con-
trationē uocant. uel alias sortes p̄ qualē cūque
malum ingenium sortitus fuerit uel diuinauerit.
tres ann̄ penit. unū ex his in pane & aqua. Siquis
ad arbores uel ad fontes aut ad cancellos. uel
ubicūq. excepto ecclesiam uotū uouerit aut soluerit.
tres annos penit. cum pane & aqua quia sacrilegium
est. Qui aut̄ ibidē ederit aut biberit. annum
unū penit. in pane & aqua. Siquis in kalē ianuarii
ut multi faciunt quod in ceruulo dicunt. aut in
uegula uacit. tres annos penit. Siquis mathe-
maticus. id est p̄ in uocationē demonū hominum
mentes tulerit. quinq. ann̄ penit. unū ex his in
pane & aqua. Siquis ligaturas fecerit quod detes-
tabile est. trib; annis penit. unū ex his in pane
& aqua. Siquis manducauerit iuxta fana uel bi-
berit. si p̄ ignorantia hoc fecerit. promittat de
inceps qđ nūquā reiteret. & quadraginta dieb;
in pane & aqua penit. Si uero p̄ contēptū hoc
fecerit. id est postquā sacerdos ei p̄dicauit.
qđ sacrilegiū hoc erat. & postea mens demonū
communicauerit. si quē tantū uitū hoc fecerit.
aut repetierit. tres quadragesimas in pane &
aqua peniteat. Si uero pro cultu demonum

aut honore simulacri hoc fecerit. tres annos
 penit. Siquis secundo & tertio immolauerit
 puim. quatuor annos subiaceat & duos in ob
 latione communicent. tertio ad perfectu
 suscipiatur. Siquis manducauerit sanguine
 aut mortuanu. aut idolis immolatu. & non
 fuit e inecessitas. ieiunet ebdomadas duodece.

D E F R A G O E

Siquis de ministerio scae ecclesiae quale cuq. opus
 fraudauerit uel neglexerit. septē ann penit.
 tres ex his in pan & aqua. **D E E B R I E T A T E**
 Inebriatur quis uino siue ceruisa contra inter
 dictu saluatoris apostolique si uotu scitatis
 habuerit quadraginta dieb; penit. laicus uero
 septē diebus. Qui cogit aliquē causa humani
 tatis ut inebrietur. similiter ut ebrius penit.
 Si podiu. ut homicida iudicetur. Qui aut sup
 flua uentris distensione. dolore que satia & latis
 fenerit. unum die penit. Si aut ad uomitu per
 uenerit sine infirmitate septē dieb; peniteat.
 Si aut sacrificium uomerit. quadraginta dies pen.
 si infirmitatis causa septē dies penit. Si in igne
 piecit. centu psalmos can&. Si uero canes la
 buerint talem uomitu centu dies penit. In o
 boediens maneat extra sine cibo. et puls& hu

militar donec recipiatur. quanto tempore
inoboediens fuit. tanto tempore in pane & aqua
peniteat. Qui causa inuidiae detrahit. uel
libenter audit detrahentem. quatuor dies cum
pane & aqua penit.

DE FURTU

Qui furatur cibum XLmā ieiunet. Si iterū
tres quadragesimas. Si tertio. annū unū penit.
Si uero paruulus decē annorū aliquid modica
furti fecerit. septē diebus penit. Si uero post
uiginti annos aliquid modica furti huic accide-
rit ducentos decē diebus peniteat.

DE AUARITIA

Thesaurizans supflua. et permanens in
auaritia HH

12
**INCIPIT ORDO QUALITER SUSCIPE
RE DEBEANT PENITENTĒ EPĪ ET**

Quotiens cūq; xp̄iani ad p̄m PRB̄RI
tentia accedunt. ieiunia damus. &
nos communicare cū eis debemus. ieiunio
unā aut duas septimanas. aut quantū possu
mus. ut non dicatur nobis quod sacerdotib;
iudeorū dictū sit ad n̄o saluatore: Uae uobis
legis peritas qui ad grauatis homines & in po
nitis super humeros eorū onera graua et in
portabilia. ipsi autē uno digito uirō non tangitis
sarcinas ipsas. Nemo enim potest subleuare
cadentē subpondere. nisi prius inclinauerit
se ut porrigat ei manū. Neq; nullus medicoꝝ
uulnera infirmantiū potest curare. nisi foe
toribus particeps fuerit. Itaque nullus
sacerdotū uel pontifex uulnera peccatorum
curare non ualeat. aut animabus peccata aufer
re. nisi prestante sollicitudine & oratione
lacrimarum. Necesse est ergo sollicitos eē.
pro peccantibus. quia sumus alter utrūq; membra.
& si quid patitur unū membrū. conpaciuntur
om̄ia membra. Ideoq; si uiderimus aliquē in
peccatis iacentē. festinemus eū ad penitentiā
p̄nā doctrinā uocare. Et quotiens cūq; dede

rimus consilium peccanti. simulquedemus
illi statim penitentiam quantum debeat
ieiunare. & redimere peccata sua. ne forte
obliuis cemur. quantum eum oporteat propu-
is peccatis ieiunare. Nobis uero non fit
necesse. ut iterum exquiramus ab eo peccata.
ille autem forsitan erubescet iterum peccata sua
confiteri. et inuenitur iam amplius iudi-
cari. Non & iam omnes clerici hanc scriptu-
ram usurpare uelle gerere debeant que iam
inuenient. nisi soli illi quibus necesse est.
hoc est episcopi & sacerdotis. Sicut enim sacri-
ficium offerre non debent. nisi episcopi & presbiteri.
quibus clauis regni caelestis tradite sunt. sic
neque iudicia ista alii usurpare debent.
Si autem necessitas euenierit & presbiter non
fuerit presens. diaconus suscipiat
penitentem ad sanctam communionem.
Sicut ergo superius diximus. humiliare
sedebent episcopi sicut presbiteri. & cum tristitia gemi-
tula erimusque orare non solum pro suis sed
& iam pro christi anorum omnium. ut possit
cum beato dicere paulo. Quis infir-
matus est in uobis & ego non
solus propter me ipsum sed etiam pro fir-
moribus.

quis scandalizatur et ego non iuro. Cum ergo
 uenerit aliquis ad sacerdotem confiteri pecca-
 ta sua. mandat ei sacerdos ut expectet modicum
 donec intret in cubiculum suum adorationem.
 Si autem non habuerit cubiculum. tamen tunc sacerdos
 in corde suo dicat orationem hanc: **O R A T I O**

Dñe dñs om̄ps propicius esto mihi peccatori.
 ut condignetibi possim gratias agere. qui me
 indignum propter tuam misericordiam ministrum
 fecisti officio sacerdotalis. & me exiguum
 humilem quem mediatorē constituisti ad ado-
 randum & intercedendum ad dñm nr̄m ih̄m
 xp̄m pro peccantibus. & ad penitenti-
 am reuerentib; ideo q. dominator dñe qui
 om̄s homines uis saluos fieri. & ad agniti-
 onē ueritatis uenire. qui non uis mortē
 peccatorū. sed ut conuertantur & uiuant.
 suscipe orationem meā quam fundo
 ante conspectū clementia & uae. pro
 famulis ac famulabus tuis. qui ad peni-
 tentiam uenerunt. p̄ dñm nr̄m

Videns autem ille qui ad penitentiam uenit
 sacerdotē stantē & lacrimantem pro suis
 facinoribus. magis ipse timore cō-
 pulsus

amplius tristatur. & exhorrescat peccata
sua. Et unumquēq. hominē accedentē ad pe-
nitentiā. si uideris acriter & assidue stare
in penitencia statim suscipe eum.

**ORDO AD PENITENTIAM DANDAM IN
TERROGAT SACERDOS DICENS**

Credis in patrem. & filium. & spm scm.

R. Credo. Credis quod iste tres personae quemodo

diximus pat̄ & filius & sp̄s sc̄s tres personae sunt

& unus dr̄. **R.** credo. Credis quod in ista

in ipsa carne in quantum es in ipsa habes resur-

gere in die iudicij. & recipere siue bonū

siue malum quod gessisti. **R.** credo. Uis

dimittere illis peccata qui cūq. in te peccauer̄

dn̄o dicente. Si non miseris hominibus

peccata eorum. nec pater ur̄ celestis dimittet

& uobis peccata ur̄a. Et require eū diligenti

si est incestuosus. Et si non uult ipsa incesta

dimittere non potes ei dare penitentiam.

Nam si uult ipsa incestuosa dimittere. dic

psalmū vi. dn̄e in furor tuo.

& dic orationē hanc. **ORATIO**

Dñi cuius indulgentia cuncti indigent.

memento famulitui. N. & qui lubrica

terreniq. corporis flagitate nudatus.

q̄s ut des ueniam confitenti. parce supplici.
ut qui nr̄s meritis accusamur. tua miserati
one saluemur. p Deinde dic. psalmum

civ. Benedic animam eadno. usq. renouabit
sicut aquila iuuentus tua. Et dic orationē hanc

Ds sub cuius oculis omne cor trepidat **ORAT**
om̄sq. conscientiae contremescunt. p

ptiare omnium gemitibus. et cunctorum
medere uulneribus. & sicut nemo nr̄m liber

est a culpa. Ita nemo sit alienus a uenia. p
Et dic psalmū Lmū. Misere mei ds. usq.

om̄s iniquitates meas dele. & dic orat hanc
Precordnē clementiae & miseri **ORAT**

cordia & uae maiestati. ut famulo tuo. N.
peccata & facinorasua confitenti ueniam

relaxare digneris. & p̄teritorū criminum
culpas indulgeas. qui humeris tuis ouem per-

ditam reduxisti. qui publicani p̄cib; placat
exaudisti. tu & iā huic famulo tuo placare

dnē. tu huius precibus benignus aspira.
ut in confessione placabilis p̄maneat.

florus eius & p̄ditio perpeūam clemen
tiam exoret. Sc̄is que altaribus & sacrariis

manapeur. p
Tunc faccum confiteri om̄a peccata sua.

& ad ultimum dicere. multasunt peccata mea
in factis in uerbis in cogitationibus.

Post confessionem tuam quado fuisse confessus
tibi indigno quod egisti contra mandatum.
habe suoluntate ut hoc emendes. ut remittantur
tibi peccata tua. **R** Habeo. Unde confessus

fuisse ut recipere penitentiae iudicium. & hoc
bene custodire. **R** Uolo. Dices ei
Dns sit tibi adiutor & protector & prestet tibi
indulgentiam de peccatis tuis preteritis. presenti-
bus & futuris. Tunc dabit penitentiam & iudicet
secundum modulum criminum eius. Data uero
penitentia die psalmi. **O** In nomine tuo. & dices
has orationes super eum. **O R A T I O**

Exaudi dñe supplicium preces. & confitentium
tibi parte peccatis. Ut quos conscientiae
reatus accusat. indulgentia tuae miserationis
absoluat. **P A L L I A**

Prestadñe huic famulo tuo. illi dignum peni-
tentiae fructum. ut ecclesia tuae sciae
acuius integritate deuiauerat peccando.
admissorum ueniam consequendo recte datur
in nomine tuo. **P A L L I A**

Maiestatem tuam quod dñe scie pat omnipotens & nedi.
quoniam iste peccatorum seducta se per-

inquiris respice flentē famulū tuū . N . ad te pres
tatum . eiusq . plandū ingaudiū tuamiseratione
concede . scinde delictorū saccū . & induē cum
lacrimā salutarē . ut post longā peregrinationis
fame de scis altaribus saccū . ingressus cubica
lum regis in ipsa aula benedicat nomen gla
riae tuae sepe . p

**RECONCILIATIO PENITENTIŪ
V. ER. CENA DN̄I**

In primis dic psalmū . Lmū . cā antefona .

In mundū crea in medijs . Et dices orat hanc

Dī humani generis benignissime conditor
& misericordissime reformator . qui in re
conuacatione lapsorū & iam ego qui misericor
diam tuam primus indigeo . seruire effectib;
gratia tuae per ministeriū sacerdotalem
uoluisti . ut cessante merito supplicis mirabi
lior fieret & clementia redēptoris . p **A L I A**

O mps sempiternedī confitenti tibi huic
famulo tuo . ill pro tua pietate peccata
relaxa . ut non plus ei noceat conscientiae
reatus ad poenā . quam indulgentia tuae
pietatis adueniā . p **A L I A**

O mps et misericors dī qui peccatorum
indulgentiā in confessione celeri posuisti .

succurre lapsis. miserere confessis. ut quos de
lictorum cathene constringit. magnitudo tue
pietatis absoluat. p **RECONCILIA
TIO PENITENTIS AD MOTEM**
Dñs misericors dñs clemens. qui secundū
multitudinē miserationū tuarū p confes
sionem peccata penitentium deles. & p re
torum criminū culpas remissionē eua
cuas. respice super hunc famulum tuum. ill
et remissionem sibi omnium peccatorū toto
cordis affectu confessionē poscentē de pecc
tus exaudi. renoua in eo piissime pater.
quicquid terrena fragitate corruptum est.
uel quicquid diabolica fraude uolatum est.
in unitatē corporis ecclesie tue membrū
pfecta remissione restitue. miserere dñe
gemitus. miserere lacrimarum. & n̄ ha
bentē fiduciā nisi in tuā misericordiā
ad sacramenta reconciliationis admittē. p

ORATIO IN INTROITU IN DOMO

Dñs qui factus es uae **IN FIRMORUM**
pro semper dominaris affectu. indina
aurem tuā supplicationib; nr̄is. et famulū
tuum. ill ex aduersa ualitudine corporis la
borantē p pitius respice. & uisita in saluta

rituo ut percipiat caelestis gratiae medicinā p

TUNC DETUR LOCUS SECRETIOR CONFITEN-
DI. ACCEPTE PENITENTIA. REDEANT VISI-
TANTES ET INCIPiant PSALMUM

Dñe exaudi orationē meā auribus p̄cipe obsecra-
tionem meam in ueritate tua exaudi me dñe.

UNITA OR̄ DOM̄ CŪ HIS VERSIBUS

Exurgedñe dñs exaltetur manus tua.

Ibi enim derelictus est pauper.

Desiderium pauperū exaudiuit dñs.

Mirifica misericordias tuas dñe.

Tu autē in sc̄o habitas laus israhel.

Ad te clamauerunt et salui facti sunt.

Ad te adas bestis animā confitentē tibi

Dñs qui famulo tuo SEQUIT̄ OR̄

Dezechie tētriquinos annos ad uitam
donasti. ita & hunc famulū tuū a lecto
aegritudinis tua potentia erigat ad salutē p̄

Dñs sub cuius nubibus uitae n̄ae momenta
decurrunt. suscipe p̄ces n̄as p̄ egrotan-
tibus misericordiā tuā suppliciter implora-
mus. ut de quorum periculo metuimus. de
eorum recuperatione laetemur. p̄ dñm

POST HEC SC̄A AD DONAT̄ UNCTIO DEXTERA SAC̄
NOTIS PALMA EXTENSA PRIMŪ IN PECTORE

INCORDIS LOCO. ET IN SCAPULAS ET IN LOCO DOLORE

Vingueote oleo diuinitus scificato. caelestimu
nerenobis ad tributo ut ipsate interius exterius
que sanando uiuificet. que uniuersa conditione
sua ne pereat contineat. p. **IN DE ORT ISTA**

Dne se pater omni pater ad hunc qui es in ueritas & uita.
exaudi & conserua famulu tuu. illi que pto
magno redimendo uiuificasti sacrosanguine filii
tui dñi nri ihu xpi. qui tecu uiuit & regnat ds
IT E ALIA ORT IN DOMO INFIRMORUM

Omni pater & misericors ds. qñ in mensam pi & atē tuā
ut ad introitu in tuo nomine humilitatis nræ
hos famulos tuos huic habitaculo iacentes fessos
salutifere uisitare digneris. sicut uisitasti dne
tobiam & sarram. socrum p & ri. pueru q̄ centu
rionis. ita & istos pristina sanitate anime cor
poris que receptos. gratiarum tibi in ecclesia tua
referat ad tionem. p. **A L I A**

Virtutum celestium ds qui ab humanis corpo
ribus omne languorem & omne infirmi
tate pceptu potestate depellis. adesto pro
pitius famulo tuo. illi ut fugatis infirmita
tibus et uiribus reuocatis per nom sem tuu
instauratam protinus sanitate perapi
at. p. dñm nrm

Dñe dñr qui offensionem non uincis sed
 tis factione placaris. respice propitius ad
 hunc famulum tuum. illi qui se tibi peccat se grauit
 confitetur. tuum est abluere criminum
 dare & ueniam prestare peccatis. quid dixisti
 penitentiam malle peccatorum quam mortem. con
 cede ergo hoc dñe ut tibi penitentiae excubias
 celebra. et correctis actibus suis conferre
 sibi aeterna gaudia gratulor. p

- I De fornicatione diuersarum personarum .
- II De his qui cum matre & sorore fornicauerint .
- III De fordidatione puerorum. & in lecebroso aplexu .
- IIII De abstinentiae uiri ac femina p̄ manu
 festa conceptione. atq. p̄ natum sobole .
 et quales dies se continere debeant .
- V De menstruis abstinentiis .
- VI De his qui retro tunc erga nupserint .
- VII De machina mulierum & sodomitis .
- VIII De pollutione & effusione seminis .
- IIIIII De quadrupedum fornicatione .
- X De occisione hominum manifeste seu in bello .
- XI De mulieribus pastus suos necantibus .
- XII De mulieribus quae aliquos interimunt
 arte maleficiae suae .

- XIII** Depatricidus uel matricidus.
XV De infantibus pneglegentiā mostus necdū baptizati.
XVI Deiuramento. faciunt.
XVII De ebrietas & de his qui pebrietas uomitū
XVIII De his qui eucharistiā uomit.
XVIII De eucharistiā pneglegentiā perdita.
XX De carne imunda t morticina siue fraude.
XXI De operibus in die dominico.
XXII De chris male in ecclesia pdito.
XXIII De turis & sale benedicto. & saponā.
XXIII De capitalibus criminis.
XXV De minoribus peccatis.
XXVI De cupiditate & ceteris flagitiis.
XXVII De immolatione.
XXVIII De auguris uel diuinationibus.
XXVIII De furto capitale. & de minoribus.
XXX De falso testimonio. et maledictione.
XXXI De detractioe quod sit causa inuidiae.
& derixa clericorum.
XXXII De liquore in quomus uel mustela ceciderint
uel aues stercoreant.
XXXIII De esu sanguinis propriae.
XXXIII De uenatione clericorum.
XXXV De eo qui peccatū fratris silebit qdē ad mortē.
XXXVI Capitula de diuersis causis.

XXVII De ieiunio commendando.

XXVIII De precio redēptionis.

XXVIII De precio unius mensis.

XL De precio diei uelandi.

XLI Item sequitur.

XLII Item sequitur Ieiunio.

XLIII Et dicit scs bonifacius de redemptione &

XLIII De precibus festiuitatibus

**DE FORNICATIONE DIUERSARUM
PERSONARUM. I**

M adolecens sic uirgine peccauerit. annū
unum peniteat. Si semel & fortuitu.
leuigetur. et tam usq. ad annū plenum
Si intra uiginti annos puella & adulescens
forneauerit. tresquadragemas et le-
gitimas ferias. Si pro hoc peccato seruitio
humano addicti fuerint. xl dies. Si uisus
tantum non coinquinatus. xx diebus. Si ui-
dua & stuprata. annū totū. et dies ieiuniorū
in altero anno. Si usq. ad filii generationē
duos annos integros. & alius duos leuius.
Si & occiderint annos. iij. et iij. leuius.
Si quis uacans uxore suā & polluit secū alterius
duos annos. Si uxoratus cum uirgine for-
neauerit. similiter duos annos peniteat.

Ita primum omnium ut a sua se contineat si ei
consenserit uxor. alioquin addatur modus
penitentiae. Si uxoratus alterius uxorem mecha
uerit. tres annos peniteat. primo horum a pro
pria se abstineat si ei consenserit. Si uxoratus an
cillam suam ad concubinam habuerit cum uxore simul
annum unum peniteat. & tres quadragesimas. & legitimas
ferias. et tribus mensibus prius a sua se contineat.
Illauero si uirtuta passae est xl dies. Nam si con
sentiens est tres quadragesimas & legitimas
ferias. Si laicus cum laica. annum tres peniteat.
Et quanto saepius ac negligentius ea peccata com
mittunt. tanto maius & tempus addat & modum.
Quidam seruit uxorem suam & alterius se con
iungit septem annos peniteat. Laicus macu
lans secum ancillam. duos annos peniteat. Si genuerit
ea filium. tres annos peniteat. Si sine coniugio
tres quadragesimas. quidam xl diebus iudicant
si consuetudo est fornicandi. Sic & uirgo
secum moralis sicut laicus. sicut clerici penitent.
ita & ipsi peniteant. Qui canonicus sunt &
fornicantur annum unum. Si frequentius duos
annos. Qui in gradu est sicut monachus tres
annos. Theodorus dixit. monachus faciens
fornicationem. septem annos peniteat. Si monachus

89

querens fornicationē & non inueniens. annū unū
& dimidio penit. Item monachus fornicationē
faciens cū puella. tres annos penit. Si cū scāe
moniale fornicauerit. septē annū penit. Simo-
nachi sine gradu cū puella fornicauerint. tres
annū penit. Monachi si presbiteris. nouē uel
decē annos penit. Si diaconi monachi sunt. uel
septē annos. Simonachi diaconi non sunt.
duos uel tres annū penit. Simonachus laicā dux-
erit. tres annos penit. illa duos & legitimas
ferias. si usq; ad generationē filii. annū quattuor.
Si occiderint. septē annū penit. Simonacha laicū
duxerit. Simonachus cum monacha fornicauerit.
septē annos penit. Iterum clericus sine uotu
monachi fornicationē fecerit. Annū unū penit.
Si frenē duos annū penit. Si genuerit ex ea fili-
um. quattuor uel quinq; annos penit. Alii
& iam dicunt septē. aut exsul fiat. Prbte
cum puella fornicationē faciens. non pre-
lato monachi uoto. Annū. iiii. uel quattuor penit.
& tres quachagesimas. & quastā & sextā feriā.
sepi desicco cibo. Si cū ancillā aut cum
masculo fornicauerit. plus addē & urei pe-
nitentia septē annos. si in consuetudine est.
Si prbte aut diaconus aut monachus uxore

duxerit inconscientia populi deponatur. Si ad
ulterius perperauerit. & inconscientia populi
deuentus proiciatur extra ecclesiam. & inter
laicos ponatur quam diu uiuit. Siquis ponti-
fex fornicatione naturali faciens. duo decem
annos penitentiam agat. per multas lacrimas
& elemosinas & semper ad domino ueniam precatur.
Post annos tres uel quatuor leuius peniteat.
Qui diuinus fornicane puerio. latrocinus.

caeterisque flagitiis seruiuit septem annis peniteat.
**DE HIS QUI CUM PROXIMA CONSANGUINI-
TATE CONIUNCTI SUNT**

Si adulescens sororem suam mechauerit. quin-
que annos peniteat. Si matrem septem annos.
& quam diu uixerit numquam sit sine continentia.
Item qui cum matre fornicauerit. quindecim annis
peniteat. Siquis cum filia uel cum sorore fornicau-
erit per mixtionem carnis. ab omni carne se
abstineat quindecim annos. Si mater cum
filio suo paruulo suo fornicauerit. tres annis
abstineat se a carne. & unum diem in una
quaque ebdomada usque ad uesperum ieiunet.
Qui habet matrem aut filiam. duas sorores.
uxorem patris & fratris. patruellis. aut auun-
culi. uxoris neptem. uel consobrinam. aut in

90
propria insecunda generatione uel incerta
coniuncti sunt. Istis uolumus iudicare
ut separentur. & propt̄ nouellā plantatio
nem & humilitatē ecclesiae ut septē ann̄
agant penitentiam. Tres primos ann̄.
tres dies in ebdomada. Secundam
& quartā & sextā feriam. legitimā
quadragesimā ad pascha. uiginti noct̄s
admissam sc̄i iohannis similiter ad natale
dn̄i. quatuor uero reliquos annos. quar
tā & sextā feriā. & quatuor decē noctes
admissa sc̄i iohannis. similiter ad natale dn̄i
Si aut̄ se redimere uult potens. pro uno die
donec ualente denario in qualicūq. re ei pla
cuerit. pauper uero medicatē. Tamen
omnia haec in arbitrio discretionis sacerdotis
consistat. iuxta & aetē & qualitātē & sani
tatē unius cuiusq. personae

III
DESORDINATIONE ET INLECEBRO
S O A M P L E X U

Pueri semanibus inuicē quo inquinantes.
xl dies peniteat. Maiores uero. centū
diebus. Pueri sese inter femora sordidan
tes. centū dies penit. Maiores tres quadrage
simas ac legitimas ferias. paruulus

amare puero oppressus. septimanā peniteat.
Si consenserint uiginti dies penit. Puer uolun-
tate seipsum polluens triginta dies penit. Lu-
uenis uero. quadraginta dies. Qui plecebrosos
amplexus femine uel per osculū polluitur.
xxx dies peniteat. Qui & gemit in uerecunda
eiusdem femine carnē tres menses peniteat.
Qui per turpiloquiū negligens polluitur.
septē dies. siue tres dies penit. Qui in pugna-
tione cogitationis & naturae uolens inqui-
natur. dies septē peniteat. Aut quinqu-
aginta psalmos canat. & quartā & sextā
feriā ieiunet ad nonā. uel ad uesperā.
Prbte si osculatus est feminā p desideriu.
uiginti dies peniteat. Sacerdos per
turpiloquium. seu aspectu coinquinat.
& non uoluit fornicare uiginti dies
penit. Qui in ecclesia consecrata
nabunt.

**DE ABSTINENTIA VIRI UEL FEMINE
POST MANIFESTAM CONCEPTIONEM ATQUE
POST NATUM SOBOLUM**

Vxoratus contineat se quadraginta dies
 ante pascha. et pentecosten. seu ante nact
 dni. & omnē dominicā noctē. quartā & sextā
 feriā. & a conceptione manifesta usq. post natū
 sobolem. Vir autē contineat se ab uxore tres
 menses. Uxor post natū sobolē abstineat se
 ab ecclesia si filius est dies. xxx. si filia dies. xl.
 Mulier abstineat se a uiro tres menses post cēpti
 onē antequā pariat. & post partū. xl dies.
 Qui autē nupsērit his diebus. xl dies penit.
 aut. xxx. siue xx. Item qui in matrimonio
 abstineant se uiri ab uxoribus & uxores a uiris
 earū in tribus quadagesimis. et nocte dominica
 & sabbati. & in feria quarta. & sexta. quia
 legitime sunt. & tres noctes antequā communi
 cent. Qui in quadagesima ante pascha cogno
 uerit mulierē suam. animum unū penit. aut
 precium suum uiginti sex solidos reddat ad ec
 clesiam. aut in pauperes diuidat. Si per
 ebrietatē uel palia causa. & sine consuetudo
 acciderit. xl dies peniteat. ♡

DE MENSTRUIS ABSTINENDIS

In tempore menstrui sanguinis abstineat se uir
 ab uxore. Nam qui tunc nupsērit dum illa
 hoc patitur. xl dies peniteat.

DE HIS QUI IN DOMO NOCTE NUPTERINT

VI **Q**uidomino nocte accidit nupterit. septē dies penit

DE HIS QUI RETRO VEL INTER GANUPTERINT

VII **S**iquis cū uxore sua rētro nupterit. quadraginta dies peniteat prius. Si inter gā nupterit. tres annū penit. quia sodomiceū scelus est. Viri inter femora fornicantes. Annū. i. penit. Si nitens. annos duos. Si pueri sunt. duos annos. Vir si cum muliere sua rētro nupterit. peniteat sicut de animalibus si consuetudo ei erat sic nubendi. Id est septē annos. Si paruulus uī oppressus talia patitur. xl dies peniteat. uel psalmis uel continentia castigetur. **D E MACHINA**

VIII **MULIERUM ET DE SODOMITIS**

Mulier qualicūque molimine aut in seipsa aut cum altera fornicauerit. tres annū peniteat. Si scāe monialis femina cū scāe moniale per machinā fornicauerit. annū septē penit. Qui fornicauerit sicut sodomite. quidam iudicauerunt decē annorū penitentiā qui saepe fecerit uel in gradu est. quidam septē annos. quidā unū iudicauerunt ut mollis. quidā centū diebus ut pueri. Itē sodomite annos. iiii. Si in consuetudine. annos septē. Si monachi sunt. annū. vii.

Laicus quinq; annos penit. Clericus septem.
subdiaconus viii. diaconus decē. prbt
duodecē. Ep̄s xiiii. **VIII. DE POLL**

LUTIONE ET EFFUSIONE SEMINIS

Quincēta p̄ somniū polluitur. tres dies
penit. Qui per torpiloquiū negligens
polluitur. septē dies penit. Qui in pugna
tione cogitationis & naturae uolens inquinat.
dies septē penit. aut quinquaginta psalmos
canat. & quarta & sexta feria ieiunet ad nonā
uel ad uesperā. & quousq; cogitatio uincitur
peniteat. Qui in somnis uoluntariae pollu-
tus est. surgat canetque psalmos septē peniten-
tiales. Id est dñe in furor & uo. Beati quoy
te dñe in furor & uo. Miserere me idē.
Dñe exaudi. De profundis. te dñe exaudi.
uel unum quēq; secundū suā uirtutē. et in
mane xxx̄ta psalmos cantet. Volens autē
in somnis peccare siue pollutus sit sine uolun-
tate. xv psalmos cantet. Qui peccare uo-
luerit & non fuerit pollutus. xxiiii
psalmos cantet. Qui in somno peccauerit
sine cogitatione. xv psalmos cantet.
Clericus si semen fuderit non tangendo.
septē dies penit. Si tangit cū manū. xxx

dies aut xx peniteat quanto magis quina
lio gradu ee uidentur. Diaconus duas ebdo
maclaf. monachus. xx dies. presbiter si sem
fuderit p cogitatione. Septe dies peniteat
Si tangit conditione sua cum manu ut sem exeo
exeat. tres ebdomadas penit. Simonachus
hoc facit. septe dies penit. Diaconus quatuor
dies. si tangit cum manu. xiiii. dies peniteat.
Monachus similia faciens ut diaconus penit.
idest tres ebdomadas aut duas. Qui semen
fudit in ecclia non uolens cantare psalterium
unum aut tres dies penit. Si uoluntariae
in ecclia semen fundit p mala cogitatione.
si clericus hoc facit. xiiii dies penit. Si presbiter
hoc facit. xl dies. Si episcopus. l. dies. monachus
xxx dies. Clericus mente tantum diligens
ali qua femina septe dies peniteat.

DE QUADRUPEDU FORNICATIONE

Qui cum pecude peccat. annum unum peniteat.
Simonachus annum duos. qui saepe fornican
tur. Item qui cum pecude peccauerit. uel cum
iumento. x annos penit. quidam iudicauerit
septe annos. quidam tres. quidam unum. quidam
centum diebus ut pueri. Si clericus cum quadru
pede fornicauerit. annum duos peniteat.

93
Subdiacon' tres. Diaconus. v. prbte. vii.
epf. x. Opost&discretionē esse interqualita
tē pecodū & consuetudinē. uel & iam homi
num sicut supradiximus. **¶**

DE HOMICIDIO HOMINUM

Qui laicū odu meditatione uel possidendi he
reditatē ei occiderit. iiii. annos penit. Qui p
uindictā fratris hominē occiderit. annū unū
penit. & sequentib; duob; annis. tresquadra
gesimas & legitimas ferias. Qui pirā &
rixā subitā hominē occiderit. iiii. annos
aut. iiii. annos penit. Qui casu annū unū. Qui
in bello publico paganū. xl. dies peniteat.
